LECTIONES

SVPER ARIST. PROOEMIO

LIB. DE PHYSICO AVDITV

...ibus ea in primis pertractantur Capita,
...æ totius Philosophiæ Contemplati-
...ię, ac Naturalis Philosophię, Phy-
sicæq; Auscultationis Cogni-
tioni, necessaria sunt.

ILLVSTRISS. AC R.MVM
D. FVLVIVM Corneum S.R.E.
Cardinalem Amplissimum,
Perusinum Episcopum.

Auctore IOANNE LVDOVICO Cartario Bonon.
In Celebri Perusino Gymnasio
primo Phylosopho.

PERVSIAE.
In AEdibus Valentis Pannitij pub. Impress.
M. D. LXXII.

AMPLISSIMO, AC REVERENDISSIMO S. R. E. CARDINALI FVLVIO Corneo Epiſ. Peruſino.

Paulus Aemilius Strigonius

S. P. D.

BEneficentiam hominũ generi maximè propriam eſſe, ex eo coniÿci poteſt Illuſtriſſ. Princeps, & Cardinalis ampliſſime, quòd omnes ferè homines laudis ſtudio, & igniculo quodam inſito gloriæ benè audiendi cupiditate excitantur. quã hominum approbationem, popularemq;

aſſen-

assentionem haud facile consequi posse vi demur nisi multorum inprimis animos aliquo benignitatis, seu officij genere deuinxerimus, cum igitur gloria tantopere natura quadam expetatur, bene merendi studium, à quo illa tanquam à proprio fonte emanat, vnicuique inesse, ac ferè in genitum esse dicendum est. Verum cum duæ sint illustriores de hominibus bene merendi viæ, per vtram tamen quis gradiatur, ad ueram laudem rectissimo tramite aspirabit. Primam consectantur ij, qui præclara ædunt facinora, quibus cōmoda, pacem, securitatemquè ciuitatibus parere posſint: ut dimicare pro amicis, pro patria fortiter cadere, pro Fide, Religionequè tuenda sanguinem, ac uitã ipsam intrepidè effundere. Altera iuuandi uia insistunt ij, qui aliorum illustria facta, sapienterquè dicta literis tradentes, & eorum nomen posteritati, & immortalitati

com

commendant; & cæteris hominibus maximè ſunt utilitati: qui dum in Camilli, Curij, Fabricij, Catonis, Ciceronis, reliquorumquè priſcorum (quorum nomina aut ſuis, aut aliorum ſcriptis æternitate donata ſunt) tanquam in ſpeculum intuentur; ad benè, beatequè uiuendum, ac præclarè agendum optimo exemplo ducuntur, atquè excitantur. Poſtremam hanc benefaciendi rationem etiam is, mea quidem ſententia, inibit, qui cum nihil habeat proprium, quod bonarum artium ſtudioſis largiatur; alios ad ſcribendum, aut quæ iam ſcripta ſunt, in vulgus emittenda cohortatur; atquè impellit. Hæc opinio induſtriam meam, Cardinalis Ampliſsime, hoc tempore excitauit: cum enim Cytharœdus eſſe nequirem, Aulœdus ſaltem (vt in Græcorum eſt adagio) fieri poſſe ſperaui. itaquè cum duo illa præſtantiora bene merendi genera

ra

ra consequi non valerem, vnum hoc, quo nemo fere volens excluditur, sum amplexatus. Lectiones enim aliquot, & quæ his annecti solent quæstiones super Proœmio primi libri Physicæ Auscultationis à præstāti, & omni laude cumulato Philosopho Ioanne Ludouico Cartario, ciue Bononiensi, primis huius annui muneris mensibus in hoc celeberrimo Perusino Gymnasio publicè disputatas, curaui imprimendas. qua in re iocundum mihi admodum fuit multum operæ, ac laboris consumpsisse, cum ex ea benè consultum fore studiosis non immerito arbitrarer; quorum gratia quæcunque in aduersarijs adhuc per capita parum accurate descripseram, his præteritis studiorum feriis planius, ac fusius disponens, in aliquam (vt ita dicam) formam, quoquo modo possem redegi. Verum vbi mihi Gordianus aliquis nodus explicandus, sensusquè aliquis per

ob-

obscurus explanandus, & locus angustus dilatandus occurrit, de ijs, quasi aliud agens, Præceptorem ipsum domi consului. itaque totam, integramquè eius in ijs commentariis sententiam non modo meis, uerum etiam ipsius verbis reddere haud quaquam difficile fuit, præsertim cum mihi eam oratoriis pigmentis, fucosisquè verbis colorare, atquè exornare religio non fuerit. At ubi res ex animi mei sententia cecidisse visa mihi fuit, consilium meum diuulgandi eidem exposui: at ipse (ut est homo minime ambitiosus) denegat; hortor, urgeo, mentem meam rationibus adiuuo, atquè confirmo; nihil proficio: at ubi amplitudini tuæ id, quidquid est, me dicaturum narro; auctoritate tua, precibusquè meis uictus harum suarum commentationum ius omne suum in me transtulit. quamobrem ipso permittente, ac iubente hæ suæ lucu-

bra-

brationes (quantulæcunque ſint) meæ in te obſeruantiæ teſtes in manus hominum ſub tuo patrocinio emittuntur ; tum vt clariſſimum FVLVII CORNEI nomen tantum decoris, ac ornamenti illis afferat, vt ſe contra liuidorum voculas, ac morſus tueri poſſint: tum vt quicquid vtilitatis Philoſophiæ Alumni ex illis perceperint, id omne tibi acceptum referant, cum gratificandi tibi ſtudio præcipuè à me ſit labor hic ſusceptus. Nec huiuſmodi munus à dignitate, quam in Chriſti Eccleſia adeptus es ampliſſimam, alienum eſſe putaui, cum Platonis teſtimonio etiam Principes philoſophari deceat: is enim beatas tunc fore Reſpub. cum aut Philoſophi regnarent, aut Reges philoſopharentur ſapientiſſime iudicauit. quam ſententiam tanquam è Tripode dictam, ita animo imbibiſti, vt nè hora quidem prætereat, in qua non

uerè

uerè, ac seriò philosopheris. s. uita integra, non subtili oratione: pulcherrimis facinoribus, non captiosis uerbis: moribus aureis, non sermonibus obscuris philosopharis. Hinc est quòd qui tuæ uitæ rationem ignorant, mirantur unde tibi in aduersis rebus fortitudo tanta, in secundis temperantia, in consuetudine comitas, in sermonibus lenitas, & humanitas. unde æquitas tanta in imperando, in animaduertendis crimiminibus seueritas, in munerandis uirtutibus beneficentia, ac liberalitas. hi sunt ueræ Philosophiæ fructus, ipsa te ab ineunte ætate erudiit, ipsa hæc præclara uirtutum omnium semina in animo tuo disseminauit, uitiorum fibras euellit, omnibus animi perturbationibus secures admouit, cupiditates denique omnes repressit, atquè restinxit. Non ab re igitur me facturum existima-

ui si quid eius ego ad te generis mitterem, quod te maximè decere intelligebam. At exiguum, inquies, fateor me herclè ingenuè, si aut ex tua, aut sui dignitate spectetur; si autem ex dantis animo, ac uoluntate perpendatur, id & maximum, & gratissimum iure optimo existimabis; cum meæ in te obseruantiæ argumentum, apud omnes id uelim existere donec illustriori aliquo officio meam hanc tuæ laudi inseruiendi cupiditatem patefaciam. Interim dum mei fructus, qui nunc in primum se florem induunt, ad maturitatem, Deo adiuuante, perueniunt; his'ce alienis mea manu collectis oblectare. qui si cari, & iocundi tibi extiterint, meos labores uberrimo fructu cõpensatos esse putabo: tequè erga mea studia optimè animatum esse argumentum mihi dederis non obscurum. Vale, & tibi persua-

de

de me nemini, qui in tua clientela ſit, amo re erga te, fide, atquè obſeruantia uel tantillum conceſſurum. Peruſiæ Kalen. Maij. M D L X X I I.

b 2 IN-

INDEX RERVM,

quæ præcipuè in hoc lib. disputantur.

An

IOANNIS LVDOVICI CARTARII BONONIENSIS

Lectiones super Aristot. prooemio De Physico Auditu,

A Paulo AEmilio Strigonio Reatino, eius Auditore Collecta, ac Typis tradita.

Lectio Prima.

CVM Opus, quod naturalis auscultationis inscribitur, quodque hoc anno interpretari suscepimus, satis longum, ac difficile esse omnibus pateat, tempus autem breue; idcircò à verbosis exordijs erit abstinendum. Auspice itaq; Deo, ad propositum accedam. Antequam autem expositionem contextus Aristotelis aggrediar; primo explicanda veniunt principia quædam toti philosophiæ maximè deseruientia; Liber enim iste de

physico auditu primum locum inter cæteros philosophiæ naturalis libros obtinet. Nè autem per ignota procedat oratio nostra, exordium summam, à definitione philosophiæ, turpe enim est aliquam facultatem profiteri, & ea quid sit ignorare. Sed cum hoc nomen philosophia, sit multiplex, primo diuisione erit manifestandum, deinde definitione, iuxta Aristotelis præceptum primo elenchorum ad principiũ, & primo cœli contex. 110. omne multiplex primo diuidendum est, quam diffiniendũ. Exordium itaq; sumo à diuisione,

Quomodo philosophia in cõi sumpta diuidatur secundũ Platonem, & secundũ Arist. & quæ harũ diuisionũ sit rectior.

philosophia ab antiquis diuiditur in tres partes, in rationalem, actiuam, & contemplatiuam; Et hanc diuisionem ferè omnes laudant, & eam insequitur Plato, secundũ Alcinoum in libro de doctrina Platonis. Quæ diuisio philosophiæ desumpta est tum ab instrumentis, tum à rebus circa quas versatur; ab instrumentis, quia dixerunt vnam partem eius esse rationalem, quam Logicam vocarunt, ab ipsis verò rebus, quia res ipsæ, vel habent principium motus in seipsis, vel à nobis aguntur. Circa res, quæ ha-

bent principium motus in seipsis, versatur philosophia contemplatiua, circa res quæ à nobis aguntur, versatur actiua, seu moralis philosophia: At licet philosophia sic diuisa fuerit ab antiquis; Alio tamẽ modo eã diuisit Aristoteles 2. diuinorum, tex. 3. & 6. eiusdem ad principium, videlicet in actiuã, & contemplatiuam tantum; quam diuisionẽ desumpsit à rebus ipsis, circa quas versatur, nam ipsę res vel habent principium motus in seipsis, circa quas contemplatiua versatur, vel à nobis res ipsæ aguntur, circa quas actiua. Quæ secunda diuisio erit magis laudãda, quàm prima, & hoc iuxtà ethimologiam istius nominis (philosophia) quod nomen significat amorem sapientiæ; Cuius descriptionis inuentor fuit Pythagoras, qui interogatus, quam artem profiteretur; Nullam respondisse fertur, præter ipsam philosophiam, sequè non sophum, sed sapientię amatorem vocari voluit. Quam descriptionem si rectè consideremus, tunc erimus coacti asserere, quòd philosophia actiua non sit philosophia, quia non est gratia sapientiæ, sed operis; similiter nec logi-

ca facultas erit pars philosophiæ, cum non sit sapientia. At in sequendo aliam descriptionem, quæ est, philosophia est animi perfectio, tam actiua, quàm cōtēplatiua erit philosophia, ambę enim perficiūt animum; Ideo Aristoteles locis supra adductis, diuisit ipsam philosophiam in actiuam, & contemplatiuam tantum. Cum ergo philosophia modis dictis sit diuisa, sermo noster non erit de rationali, nec de actiua, seu morali, sed tantum de contemplatiua, de qua multa quæsita explicabimus. Et primò An sit; Secundò Quid sit; Tertiò Quot sint eius partes: Et dicemus esse tres; ideò quartò declarabimus, cur tantum tres, ita quòd nec plures, nec pauciores. Quintò videbimus an inter has partes sit ordo, & si erit ordo, an ordo essentialis, an accidentalis; vltimò declarabimus, an omnes illæ tres partes, sub philosophia contineantur vniuocè, vel æquiuocè.

An philosophia contēplatiua sit, & an sit vtilis.

Aggrediamur primum quęsitum; an philosophia contemplatiua sit, seu an sit admittenda. Non desunt qui velint probare, hāc non esse admittendam, rationibus istis du-

cti. Illa facultas, quæ reddit homines Deo ingratos, non est admittēda, at philosophia contēplatiua est huiusmodi, ergo &c. Probāt minorē, quia ex ea addiscimus, Cœlū à Deo non fuisse factum, & dubitatur in ea; an anima sit immortalis, & alia huiusmodi multa habentur, quæ Deo displicent. Amplius illa facultas, quę nullam Reipublicæ vtilitatē præbet, nō est admittenda; at philosophia hęc contēplatiua huiusmodi, quā.n. vtilitatem pręstat? ergo &c. Confirmāt idē ex historijs, ex quibus habetur Neronem Agrippam reuocasse à philosophia, & iussum fuisse à Domitiano, philosophos omnes à Ciuitate excludi, ergo &c. Qui sic dicentes, nullo modo sunt audiendi, cum maximè repugnent ipsi veritati, ac rationi, veritate enim, ac ratione ipsa cōstat, quòd homo est compositus ex anima, & corpore, & quòd longe maior est vsus animę, quam corporis, quis erit ergo ille, qui negct philosophiam hanc maximè vtilem, ac necessariam esse, cum nedum vsum, & vtilitatem corpori afferat, sed & maximum vsum animæ pręstet? Quòd ita esse constat non ne maximū

bonum,

bonum homini est, vt Deo similis reddatur? at homo ipsi Deo similis non redditur nisi mediante contemplatione, & veritatis cognitione,(via scilicet naturali) quę ex huiusmodi philosophia habetur, si sic maxime ergo in honore est habēda, & maximè à nobis expetenda; Nec eorum rationes sunt alicuius roboris; prima ratio assumit minorē falsā, cū philosophia hęc nos maximè Deo gratos reddat, videlicet quantū ad speculationem, ex ipsa namquè addiscimus Deū contemplari, ex ipsaq; in eius cognitionem de facili manuducimur, licet autem dicat mundum ingenitum, & alia huiusmodi, hęc dicit ex principijs naturalibus, non autem veritate ipsa. Secunda adhuc ratio ipsorum assumit minorem propositionem falsam, immo maximam vtilitatem pręstat, iuxta illud Platonis, Beatas tunc fore respublicas, cum philosophi regere cęperint, aut principes philosophari, De cuius vtilitate multa habet Simplicius hic in suo procemio, & similiter Aueroes, qui ferè omnia ab ipso sumpsit; Ad alias duas rationes sumptas ex historijs, respondetur, Neronē Agrippam

reuocasse

à materia quò ad considerationem; Primæ considerantur in diuina philosophia, circà secundas versatur philosophia naturalis; Mathematicus ipse tertias contemplatur. Quarè tres tantum erunt philosophiæ contemplatiuæ partes, Cum aliæ res à prædictis non reperiantur. Idem comprobatur ratione sumpta ex parte nostri modi considerandi: docebat Aristoteles secundo Physicorum, circà idem versari Naturalem philosophum, Mathematicum, ac Diuinum; quia res ipsę in communi assumptæ à Diuino philosopho contemplantur, quæ res eædem si considerentur, vt concernunt motum, ac materiam, ad naturalem spectant; vt verò res illæ habent esse in materia, at secundum considerationem ab illa sunt quoquè seiunctæ, à Mathematico considerabuntur; Et sic tantum tres erunt philosophię contemplatiuæ partes. Sed quis obijciet quòd sint plures, quia tertium membrum in vtraque ratione assumptum est duplex, quia sicut dantur res materiæ immersæ secundum esse, abstractæ verò quò ad consi-

ui si quid eius ego ad te generis mitterem, quod te maximè decere intelligebam. At exiguum, inquies, fateor me herclè ingenuè, si aut ex tua, aut sui dignitate spectetur; si autem ex dantis animo, ac uoluntate perpendatur, id & maximum, & gratissimum iure optimo existimabis; cum meæ in te obseruantiæ argumentum, apud omnes id uelim existere donec illustriori aliquo officio meam hanc tuæ laudi inseruiendi cupiditatem patefaciam. Interim dum mei fructus, qui nunc in primum se florem induunt, ad maturitatem, Deo adiuuante, perueniunt; his ce alienis mea manu collectis oblectare. qui si cari, & iocundi tibi extiterint, meos labores uberrimo fructu cōpensatos esse putabo: tequè erga mea studia optimè animatum esse argumentum mihi dederis non obscurum. Vale, & tibi persua-

de

de me nemini, qui in tua clientela sit, amo re erga te, fide, atquè obseruantia uel tantillum concessurum. Perusiæ Kalen. Maij. M D LXXII.

INDEX RERVM,

quæ præcipuè in hoc lib. disputantur.

Quo-

An

IOANNIS LVDOVICI CARTARII BONONIENSIS

Lectiones super Aristot. procemio De Physico Auditu,

A Paulo AEmilio Strigonio Reatino, eius Auditore Collecta, ac Typis tradita.

LECTIO PRIMA.

CVM Opus, quod naturalis auscultationis inscribitur, quodque hoc anno interpretari suscepimus, satis longum, ac difficile esse omnibus pateat, tempus autem breue; idcircò à vētosis exordijs erit abstinendum. Auspice itaq; Deo, ad propositum accedam. Antequam autem expositionem contextus Aristotelis aggrediar; primo explicanda veniunt principia quædam toti philosophiæ maximè deseruientia; Liber enim iste de

physico auditu primum locum inter cæteros philosophiæ naturalis libros obtinet. Nè autem per ignota procedat oratio nostra, exordium summam, à definitione philosophiæ, turpe enim est aliquam facultatem profiteri, & ea quid sit ignorare. Sed cum hoc nomen philosophia, sit multiplex, primo diuisione erit manifestandum, deinde definitione, iuxta Aristotelis præceptum primo elenchorum ad principiũ, & primo cœli contex. 110. omne multiplex primo diuidendum est, quam diffiniendũ. Exordium itaq; sumo à diuisione, philosophia ab antiquis diuiditur in tres partes, in rationalem, actiuam, & contemplatiuam; Et hanc diuisionem ferè omnes laudant, & eam insequitur Plato, secundũ Alcinoum in libro de doctrina Platonis. Quæ diuisio philosophię desumpta est tum ab instrumentis, tum à rebus circa quas versatur; ab instrumentis, quia dixerunt vnam partem eius esse rationalem, quam Logicam vocarunt, ab ipsis verò rebus, quia res ipsæ, vel habent principium motus in seipsis, vel à nobis aguntur. Circa res, quæ habent

Quomodo philosophia in cõi sumpta diuidatur secundũ Platonem, & secundũ Arist. & quæ harũ diuisionũ sit rectior.

bent principium motus in seipsis, versatur philosophia contemplatiua, circa res quæ à nobis aguntur, versatur actiua, seu moralis philosophia: At licet philosophia sic diuisa fuerit ab antiquis; Alio tamē modo eā diuisit Aristoteles 2. diuinorum, tex. 3. & 6. eiusdem ad principium, videlicet in actiuā, & contemplatiuam tantum; quam diuisionē desumpsit à rebus ipsis, circa quas versatur, nam ipsę res vel habent principium motus in seipsis, circa quas contemplatiua versatur, vel à nobis res ipsæ aguntur, circa quas actiua. Quæ secunda diuisio erit magis laudāda, quàm prima, & hoc iuxtà ethimologiam istius nominis (philosophia) quod nomen significat amorem sapientiæ; Cuius descriptionis inuentor fuit Pythagoras, qui interogatus, quam artem profiteretur; Nullam respondisse fertur, præter ipsam philosophiam, sequè non sophum, sed sapientię amatorem vocari voluit. Quam descriptionem si rectè consideremus, tunc erimus coacti asserere, quòd philosophia actiua non sit philosophia, quia non est gratia sapientiæ, sed operis; similiter nec logi-

ea facultas erit pars philosophiæ, cum non sit sapientia. At in sequendo aliam descriptionem, quæ est, philosophia est animi perfectio, tam actiua, quàm contẽplatiua erit philosophia, ambę enim perficiũt animum; Ideo Aristoteles locis supra adductis, diuisit ipsam philosophiam in actiuam, & contemplatiuam tantum. Cum ergo philosophia modis dictis sit diuisa, sermo noster non erit de rationali, nec de actiua, seu morali, sed tantum de contemplatiua, de qua multa quæsita explicabimus. Et primò An sit; Secundò Quid sit; Tertiò Quot sint eius partes: Et dicemus esse tres; ideò quartò declarabimus, cur tantum tres, ita quòd nec plures, nec pauciores. Quintò videbimus an inter has partes sit ordo, & si erit ordo, an ordo essentialis; an accidentalis; vltimò declarabimus, an omnes illæ tres partes, sub philosophia contineantur vniuocè, vel æquiuocè.

An philosophia contẽplatiua sit, & an sit vtilis.

Aggrediamur primum quęsitum; an philosophia contemplatiua sit, seu an sit admittenda. Non desunt qui velint probare, hãc non esse admittendam, rationibus istis du-

cti. Illa facultas, quæ reddit homines Deo ingratos, non est admittẽda, at philosophia contẽplatiua est huiusmodi, ergo &c. Probãt minorẽ, quia ex ea addiscimus, Cœlũ à Deo non fuisse factum, & dubitatur in ea, an anima sit immortalis, & alia huiusmodi multa habentur, quæ Deo displicent. Amplius illa facultas, quę nullam Reipublicæ vtilitatẽ præbet, nõ est admittenda, at philosophia hęc contẽplatiua huiusmodi, quã.n. vtilitatem pręstat? ergo &c. Confirmãt idẽ ex historijs, ex quibus habetur Neronem Agrippam reuocasse à philosophia, & iussum fuisse à Domitiano, philosophos omnes à Ciuitate excludi, ergo &c. Qui sic dicentes, nullo modo sunt audiendi, cum maximè repugnent ipsi veritati, ac rationi, veritate enim, ac ratione ipsa cõstat, quòd homo est compositus ex anima, & corpore, & quòd longe maior est vsus animę, quam corporis, quis erit ergo ille, qui neget philosophiam hanc maximè vtilem, ac necessariam esse, cum ne dum vsum, & vtilitatem corpori afferat, sed & maximum vsum animæ pręstet? Quòd ita esse constat non ne maximũ

bonum

à materia quò ad considerationem ; Primæ considerantur in diuina philosophia, circà secundas versatur philosophia naturalis ; Mathematicus ipse tertias contemplatur . Quarè tres tantum erunt philosophiæ contemplatiuæ partes , Cum aliæ res à prædictis non reperiantur . Idem comprobatur ratione sumpta ex parte nostri modi considerandi : docebat Aristoteles secundo Physicorum, circà idem versari Naturalem philosophum , Mathematicum , ac Diuinum ; quia res ipsę in communi assumptæ à Diuino philosopho contemplantur, quæ res eædem si considerentur, vt concernunt motum , ac materiam , ad naturalem spectant ; vt verò res illæ habent esse in materia, at secundum considerationem ab illa sunt quoquè seiunctæ, à Mathematico considerabuntur ; Et sic tantum tres erunt philosophię contemplatiuæ partes . Sed quis obijciet quòd sint plures , quia tertium membrum in vtraque ratione assumptum est duplex, quia sicut dantur res materiæ immersæ secundum esse, abstractæ verò quò ad consi-

considerationem, quæ à Mathematico considerantur, sic dabitur membrum huic oppositum, videlicet quia dantur res, quæ secundum esse erunt abstractę à materia, at quo ad considerationem habebunt esse in materia, & sic erit scientia de anima, quarè dabitur quarta species philosophię contemplatiuæ. Quod argumentum fuit tanti vigoris, quòd aliqui dixere; dandā esse hāc quartam speciem, philosophiæ contemplatiuæ; & voluerunt hanc esse mentem Simplicij. Cui argumento non erit respondendum sicut respondet Suessanus, qui dixit scientiā de anima esse Mathematicam, cum hæc cōsideratio de anima opposito modo se habeat considerationi mathematicę, vt consideranti patet; quarè dicatis, quòd tantū sunt tres partes philosophię cōtemplatiuę, ita quòd tertium membrū non est subdiuidendum, sicut isti faciunt; Ratio est quia mēbra diuisionis nō debent coincidere, at modò si illud membrum diuidatur, tunc membra diuisionis coincident, quod ostendo, nā si dabitur illud quartum membrum de abstractis secundum esse, immersis secundum conside-

reuocasse à philosophia, idest à sophisticationibus, nô autem à vera philosophia; Iussum similiter fuit à Domitiano, philosophos idest sophistas expelli, non autem veros philosophos, qui in hoc maximè erunt laudandi, quia abstulere sophistas, & sophisticationes.

Quid sit philosophia contemplatiua, et ratione subiecti, & finis et dignitatis cõsiderata.

Habito primo quęsito quòd philosophia sit, seu sit admittenda, Declaro quid sit philosophia contemplatiua sic in communi assumpta; Pro quo sciendum est quod pluribus modis definitur, & præcipuè ab Hãmonio in proœmio prædicabilium. Mirum autem alicui non sit, si ipsius plures asignãtur diffinitiones, eo quia est habitus, At omnis habitus potest diuersimodè definiri, tũ per subiectum, tum per finem, tum per eius dignitatem. Ex parte subiecti, duobus diffinitur modis; Philosophia, est scientia, quę versatur circa res, quæ sũt, apponitur in hac diffinitione hæc particula, quæ sunt, ad differentiam rerũ, quæ à nobis aguntur, circa quas versatur philosophia Actiua, siue Moralis; Alio modo sic quoq; definitur, philosophia est diuinarũ, humanarũq; rerũ scientia.

Ex

Ex parte finis, dupliciter quoq; definitur; Philoſophia eſt qua ſimiles Deo reddimur, ſimiles autem Deo euadimus, quò ad contemplationem. Adhuc datur alia, Philoſophia eſt mortis meditatio, quæ diffinitio rectè eſt intelligenda, quam malè Cleombrotus ille intellexit, vndè mortē ſibi cōſciuit, murum namque coſcendit, indeq; ſe abijecit; Hanc autem volens Hammonius declarare, multū à propoſito digreſſus fuit. dicas breuiter, quòd philoſophia eſt mortis meditatio, ideſt ſeparatio animi à voluptatibus, & illecebris corporeis; cùm enim qui philoſophari vult, non eſt ſibi de morte tūc meditandum, ſed bene debet animum à voluptatibus, & illecebris corporeis amouere.

Secundum dignitatem ſui, ſic diffinitur Philoſophia eſt ars artium, ſcientia ſcientiarum, à qua omnes aliæ ſua ſummunt principia; Qua diffinitione quilibet ad eā capeſſendam maximè hortatur. Plures alię dantur deſcriptiones, quę parum à prædictis diſcrepant. Nam Marcus Tullius eam vocauit, eſſe diſciplinam humanarum, diuinarumq;

narumq; rerum, Alij dixere, quòd philosophia contemplatiua est apræhensio entis, secundum quòd ens, quæ consideranti patet quòd non multum distant à prædictis. Nos verò Aristotelis doctrinam insequentes, eã sic definiemus, Philosophia Contemplatiua est scientia, quæ versatur circa res quę sunt, gratia veritatis, quæ definitio erit perfecta, cum data sit tùm per subiectum circa quod versatur, tum per finem; Per subiectum, nẽpè per res circa quas versatur; Per finem, quia est gratia veritatis; omnis autem habitus tum per subiectum, tum per finem est definiendus. In sequenti lectione declarabimus tertium quęsitum, quod fuit, quomodo diuidatur, seu quot sint eius partes.

LECTIO II.

Quot sint partes philosophiæ contẽplatiuæ.

CVM munus nostrum sit philosophiam profiteri, sed non quamlibet, quia nõ actiuam, sed contemplatiuam tãtum; Idcircò eam prius diuisimus in suas partes, & de contemplatiua sermonem nostrum

considerationem, tunc coincidet cum naturali philosophia, quæ est de immersis secundum considerationem, at licet ea sint abstracta secundum esse, quæ considerantur in illo quarto membro, & philosophia naturalis de immersis secundum esse, hoc nihil refert, quia vnitas scientiæ sumitur ab vnitate subiecti non materialiter cõsiderati, sed formaliter, & sic si dabitur illa quarta species philosophiæ contemplatiuæ, tunc non erit distincta à philosophia naturali, cum & ipsa sit de immersis secundum cõsiderationem; & sicut dictum est scientiæ distinguuntur à ratione formali, siue à modo considerandi similiter recipiunt suam vnitatem. Cum dicitur, Simplicius distinxit illud quartum membrum, dico quòd Simpl. nullo modo distinxit propter rationem adductam, quia tunc membra diuisionis coinciderent: Et si diuiserit illud membrum; Dicam quòd fuit illius opinionis, at secundum Aristotelem nõ est ponenda illa quarta species, quare tantum tres erunt species philosophiæ contẽplatiuæ: Nec est etiã q quis obijciat quòd sint plures, cum Logica, & Medica facultas

inter has sint connumerandę. Facilis est responsio. Logica enim non est scientia realis, sed est facultas alijs deseruiens, at nos diuisimus scientias reales speculatiuas, Medicina verò inter has non erit connumeranda, cum sit gratia operis. Nec objjciendum etiam est de Theologia, seu diuina sciẽtia, cum illa non sit scientia humanitus, & à nobis inuẽta: At nos enumerauimus sciẽtias contemplatiuas humanitus adinuẽtas. Nec est etiam quòd quis objjciat, hanc diuisionem philosophię comtemplatiuę non esse rectè assignatam, cum omnis bona diuisio debeat esse bimembris; Facilis est euasio, quòd omnis bona diuisio debet esse bimembris, vel reducibilis ad bimembrem; & hæc diuisio est huiusmodi; Nã ipsa philosophia contemplatiua in communi vel versatur circà ens, vt ens, & sic est Methaphysica; vel versatur circà partem entis, & hæc subdiuiditur, quia vel includet motum, & hęc erit naturalis philosophia; vel abstrahet à motu, & à materia, & sic erit Mathematica facultas. Quod membrum amplius non erit subdiuidendum, vt satis supra

prà habitum est in principio huius hodiernæ lectionis. Et hæc de tertio, & quarto quęsito dicta sint, ex quibus habetur Quot sint partes philosophiæ contemplatiuæ, nempè tres; Et cur tantum tres iam causę sunt satis manifestę. Sequitur quartum quęsitum in ordine examinandum, An inter has partes sit ordo; & si sit, an essentialis, an accidentalis; Et hæc est quęstio de ordine scientiarum; Quæsitum hoc scitu est necessarium, quia secundum Aristotelem, ordo est altera natura; Inde est quòd plurimi Sapientes arbitrati sunt mundum existere, quia eius partes ordinem habebāt essentialem: vt autē hoc quæsitum clarius elucescat, in primis venit declarandum, quid sit ordo, & quotuplex sit ordo; Ordo nil aliud est, quàm habitudo inter diuersa secundum prius, & posterius. Qui ordo erit duplex, alter quò ad naturam, alter quò ad nos. Ordo quò ad naturam adhuc est duplex, vel est in eadem scientia, vel in diuersis scientijs; Alius est ordo secundum naturā, videlicet perfectionis, vt si inter aliquas species nō esset ordo essentialis,

An inter partes philosophiæ contēplatiuæ sit ordo, & An essentialis, vel accidentalis, et est quæstio de ordine scientiarum.

tunc

tunc illud quod est perfectius debet præce dere; vt exempli gratia; inter hominem, equum, bouem, & alias species animalis, nō est ordo essentialis, tunc homo cum cęteris speciebus sit perfectior, dicimus tunc homi nem secundum ordinem naturæ alias species præcedere. Ordo quo ad nos, adhuc & iste est duplex; vel quo ad placitum, vel est à quo quis de facili discere potest, vt vo luit Arist. 5. diuinorum tex. 1. Et indè est, quòd à notioribus nobis esse incipiendum scriptum reliquit Arist. 1. Physicorum cō- text. 2. Si sermo fuerit de ordine quo ad na turam, & inquiratur, an inter has partes phi losophiæ cōtemplatiuę sit ordo essentialis; Dico quòd sic, tum ex parte rerum, tum ex parte nostri modi considerandi. Ex parte rerum erit talis, quòd primum locum philo sophia diuina obtinebit; Naturali philoso- phię secundus erit cōdonandus locus, Ter- tius assignabitur ipsi Mathematicæ. Quòd iste ordo rectus sit, probatur; & primò de Diuina, Illud est prius natura à quo non cō uertitur subsistendi consequentia, prout docebat Arist. in post prędicamentis cap.

de Priori; huiusmodi est de philosophia Diuina, respectu ipsius philosophiæ naturalis, nam hæc illam prȩsupponit, ècontrà non, Diuina philosophia non præsupponit ipsam naturalē philosophiã, ergo &c. confirmatur quia philosophia Diuina versatur circà substãtias abstractas, quæ natura sunt priores his, quȩ contemplantur in naturali philosophia; Quòd demum sequatur in ordine philosophia naturalis, clara est Aristotelis sententia sexto diuinorum cōtextu tertio, vbi scriptum reliquit, Si non esset genus substantiarum abstractarum Naturalis philosophia esset prima philosophia. Quòd philosophia Naturalis prȩcedat ipsam Mathematicam; Ratio ad hoc ostendendum satis est in promptu; Naturalis philosophia substantiam contemplatur, Mathematica ipsam quantitatem, quæ est accidens, At substantia prior est natura ipso accidente, ergo &c. Contra hunc ordinem quis obijciet, probando Mathematicam præcedere ipsam philosophiam Naturalem, quia Mathematica considerat ipsam quantitatem, quæ est prior ipsis qualitatibus consi-

sideratis à naturali, ergò &c. Respondetur quòd ratio hæc concluderet, si Naturalis philosophia qualitates ipsas tantum consideraret, at quia speculatur substantiam ipsam qualitatibus affectam, ideò nihil concludit. Adhuc ille instabit, substantia considerata à naturali philosópho, dicitur naturalis ratione qualitatum, ergò hæc substantia erit adhuc posterior quantitate à Mathematico considerata. Dico quòd substantia considerata à Naturali, naturalis dicitur per qualitates, videlicet ratione signi; at de se, ex sui què natura potest esse sinè illis qualitatibus;

Ex parte nostri modi considerandi, talis erit inter partes philosophię ordo, Philosophia Diuina omnes alias prępcedet, secundo in ordine sequetur Mathematica, vltimus locus condonabitur Naturali philosophiæ. Probatur iste ordo; Quia secundum Aistotelem 1. posteriorum cap. 23. Illa facultas, quæ est de pauciotibus, idest de simplicioribus, præcedit; at Diuina philosophia est de paucioribus, idest de simplicioribus, vt patet, ergò &c. Quòd Ma-

thematica inde sequatur, ostendo adhuc au
thoritate Aristotelis loco nunc præallega-
to; Illa facultas, quæ non est de subiecto,
præcedit illas, quæ est de subiecto; at Ma-
thematica est de non subiecto, ergò &c. 1
Maior propositio est intelligenda, quia nõ
est credendum dari aliquã facultatem, quæ
sit de non subiecto, immò quælibet facul-
tas aliquod subiectum semper contempla-
tur, quare sensus illius propositionis sit ta-
lis; illa facultas quæ est de non subiecto, id-
est quæ non includit materiam, prior est il-
la, quæ est de subiecto, idest quæ includit
materiam; tunc tota ratio est clara, cum Ma
thematica facultas sit de his, quæ non inclu
dunt materiam, at opposito modo se habet
Naturalis philosophia; ergò Mathema-
tica erit prior, & Philosophia Naturalis po
sterior. Si modò fuerit sermo de ordine quò
ad nos (non dico de ordine ad placitum) sed
de ordine quò ad nos, idest à quo quis de
facili discere potest: de quo quinto diui-
norum ad principium locutus est Ari-
stoteles talis erit inter has scientias con-
templatiuas ordo assignandus: Primo lo-

co erit addiſcenda Mathematica facultas, ſecundo loco ſequetur Naturalis philoſophia, vltimo loco Diuina philoſophia; hũc ordinem rectum eſſe oſtendo, tum ex Platone, tum ex Ariſtotele; Ex Platone quia in hoſtio ſcriptũ habebat hoc dictũ, Nè quis ignarus Mathematices ſcholã ingrediatur. Hinc eſt quòd Alcinous in de doctrina Platonis, vocabat facultatem Mathematicam ſcientiam communem ad omnes alias, cæteriſq; certiorem; Indè eſt quòd Ariſtoteles in primo Ethicorum, & in ſecundo Diuinorum ad vltimum, dixit, in omnibus nõ eſſe expetendam acribologiam Mathematicam, quia eſt alijs certior. Confirmatur hic ordo ex ſententia Ariſtotelis ſexto Diuinorum ad principium, vbi enumerans has philoſophiæ contemplatiuæ partes, Mathematicam cæteris præpoſuit, inſecutus hunc ordinem quo ad nos. Confirmatur adhuc iſte ordo, ex modo procedendi ipſius Ariſtotelis, qui declarans philoſophiam Naturalem, & Diuinã, immo & Logicam ipſam, in omnibus ſemper Mathematicis vſus eſt exemplis; Amplius in ſex-

to Ethicorum scriptum reliquit, Puerum posse esse Mathematicum, minimè Naturalem philosophum. Dictum fuit philosophiã naturalẽ subsequi, & pręcedere ipsã philosophiã Diuinã, hoc rectè pronuntiatũ fuisse probo, hac ratione; à facilioribus semper est inchoandum, in ordine quò ad nos: propositio est communis, scientia ergò illa, quę de facilioribus est, pręcedet, at huiusmodi est Naturalis scientia, cum ipsa versetur circà sensibilia: Diuina verò philosophia difficiliora contemplatur, nempè ipsa maximè vniuersalia, quę cognitu sunt difficillima, ergò &c. Amplius, Diuinus philosophus vtitur principijs naturalibus, per motum enim declarat esse substantiarum abstractarum, qui motus à naturali philosopho contemplatur. Sed huic ordini multi aduersantur, dicẽtes, in ordine quo ad nos, Diuinam philosophiam primum obtinere locum, Naturalem scientiam secundum, tertium ipsi Mathematicę facultati esse attribuẽdum, & hoc multis conantur persuadere argumentis, & primò argumento Ioaunis de Gandauo primo Methaphysicæ,

cæ, quæst. 2. quod tale fuit, Illa facultas, quæ est de facilioribus, ordine quo ad nos, alias debet antecedere, Diuinam Philosophiam de facilioribus esse asserunt, cum sit de communioribus, quæ communiora nobis sunt notiora, vt habetur ab Aristotele 1. physicorum, tex. 4. Et si quis afferat authoritates Aristotelis oppositum probantes, videlicet quòd minus communia sunt nobis notiora ipsis magis communibus; Euadunt dicentes Aristotelem ex aliorum sententia locutũ fuisse; Et si ab ipsis quęratur, cur post naturalem philosophiam legatur methaphysica? dicunt hoc esse meritò 12. libri, in quo agit de substantijs abstractis, quę nõ nisi per motum cognoscuntur. Confirmant suã positionem, quia Aristoteles in 1. physicorum disputat de primis rerum naturaliũ principijs, quę cognitu sunt difficillima, ergò Philosophia naturalis sequetur Diuinã philosophiã. Confirmãt adhuc eandem suã sentẽriã, quia sciẽtia de Anima, omninò & penitus difficillimorum est, quæ tamen sub Philosophia natnrali continetur, ergò &c. Qui sic dicentes nullo modo sunt audiendi,

cum

cum sibi ipsis contradicant, ac ipsi Aris. sibi ipsis contradicunt; quia dicunt Diuinã Philosophiam præcedete Naturalem sciẽtiam, demum dicunt Naturalẽ philosophiã considerare substantias abstractas, sicut, & Diuinus, si sic, quomodo ergò Diuina philosophia præcedet Naturalem sciẽtiam? Aristoteli contradicunt, quia secundum Aristotelẽ Philosophus naturalis nõ cõsiderat substãtias abstractas, licet eas esse probet. Nec rationes suæ aliquid cogunt, cũ dicunt, illa facultas, quæ est de facilioribus debet præcedere illã, quę est de difficilioribus, in ordine quò ad nos; cum à facilioribus semper sit inchoaudum; At Diuina philosophia est de facilioribus, cum sit de magis vniuersalibus, quę magis vniuersalia sunt faciliora cognitu, & ideò 1. physic. t. 4. à magis vniuer salibus, ad minus vniuersalia dixit esse procedẽdũ; facilis erit solutio, adnotãdo quòd magis vniuersale, & minus vniuersale dupliciter cõsiderantur, vel prout ad eandẽ pertinẽt sciam, & tũc magis vniuersale semper præcedet minus vniuersale, dummodo non fuerit aliquod impedimẽtũ; si verò cõsiderẽ

tur

tur vt ad aliã,&ad aliã pertinẽt ſciam,tũc mi nus vniuerſale ſemper præcedit; Et ſi obij ciat quis,minus vniuerſale præſupponit co gnitionẽ magis vniuerſalis, ergò magis vni uerſale præcedet. Dicendũ eſt ſimiliter, mi nus vniuerſale præſupponere cognitionem magis vniuerſalis,ſcilicet eiuſdem ſcientię. Ad primam confirmationem reſpondetur, quòd licet prima rerum naturalium princi-pia ſint cognitu difficillima, de quibus diſ-putat in his libris phyſicorum, multa tamẽ alia in diuina philoſophia conſiderata,ſunt ipſis difficiliora; Vel argumẽtum,quò ad il lam partem tantum erit admittẽdum. Simi liter ſecundæ confirmationi alteroiſtorum modorum erit occurrendum. In ſequenti lectione hanc quęſtionem de ordine ſcien-tiarum perficiã, & ad alia progrediar.

LECTIO III.

ADMIRABILEM ſemper fuiſſe naturam in omnibus ſuis ope-rationibus exactè ſatis docuit Ariſtot.in 8. phyſicorum, hinc eſt quòd conſueuit dicere ordinem rei,eſſe

naturam

naturam rei; non ab re ergò fuit facere sermonem de ordine partium Philosophię cõtemplatiuæ. Vt autem dilucidè, ac distinctè procederemus, quid esset ordo, quotuplexquè esset, declarauimus; determinauimus quoquè in his scientijs esse ordinem essentialem, & quò ad naturam, & quò ad nos, & qualis esset iste ordo, tum quò ad naturam, tum quò ad nos docuimus; & satisfecimus rationibus quorundam perturbantium ordinẽ quò ad nos assignatum inter illas Philosophiæ Contẽplatiuæ partes. Prosequor adhuc declarando ordinem quò ad nos, scilicet à quo quis de facili discere potest, qui assignatus fuit, non fuisse rectè assignatum. Voluit Albertus Alemanus in 1. physicorũ quòd in ordine quo ad nos, Naturalis philosophia præcedat, demum sequatur Methaphysica, vltimo, & tertio loco sit Mathematica facultas, quam opinionem insecutus fuit doctissimus Marcus Antonius Genua, (nisi eius scripta me decipiant;) Et ratio potissima istius opinionis fuit hæc, à facilioribus est inchoandum, at Philosophia Naturalis faciliora contemplatur, Diuina

philosophia difficiliora, nam Philosophia Naturalis circa ea quæ sensibus ipsius subijciuntur, versatur ergo &c. Quòd etiã hæc Philosophia Naturalis præcedat Mathematicã facultatem, probant, nam Philosophia Naturalis præbet principia ipsi Mathematicæ; Mathematicus enim assumit hoc principium à naturali Philosopho, quod continuũ sit diuisibile in infinitũ, quòd principiũ 6. Physic. demonstrauit Arist. Quibus rationibus facilè est occurrere, & primo primę, licet enim Philosophus naturalis versetur circa faciliora, quia circà sensibilia, modus tamen quo illa sensibilia considerat, lõgè difficilior est modo, quo Methaphysicus & Mathematicus considerãt suum subiectũ; quia Naturalis Philosophus illa cõsiderat, ꝓ vt sunt in materia; at omnia materiã, quæ difficilis est cognitionis, concernentia cognitu sunt difficillima. Methaphysicus verò, ac Mathem. quilibet illorũ cõsiderat suũ subiectũ, vt abstrahit à mã, quę talia semper respectu sui, sunt illis cognitu faciliora; Secũdę rõni satisfacio, ꝙ licet Philos. naturalis prębeat aliqua principia ipsi Mathemati

co

co, nõ tamẽ oĩa, ideò ob hoc nõ sequitur ꝙ Philos. Naturalis ipsam Mathematicã absolutè debeat ꝓcedere, benè illud sequeretur si òmnia prębereț; Quare quò ad illud principium, põt argumentum admitti; Et hęc de ordine sciarum sat sint. Reliquũ est videre an istę partes cõtineantur sub illa vniuocè, vel ęquiuocè, quod nil aliud est quàm quęrere an hæc Philos. Cõtẽplatiua in cõi assũpta prędicetur de istis partibus vniuocè, vel ęquiuocè, videbitur alicui ꝙ vniuocè, nã sicut mathematica est vna scia, & tamẽ habet sub se plures species, videlicet, Geometriã Arithmeticã, Perspectiuã, Musicã, & Astrologiã, de quibus oĩbus prędicatur vniuocè, similiter videbitur esse dicendum de Philos. Cõtẽplatiua in cõi assumpta; Dico ꝙ hæc philos. cõtẽplatiua dupliciter põt cõsiderari, vno modo, vt habitus est, qui est de prima specie qualitatis; & hoc modo hęc Philos. cõtẽplatiua erit vna ad oẽs illas partes qa de oĩbus illis ęqualiter ꝓdicatur, ẽt quia oẽ quod in aliquo prędicamẽto reponitur, illud tale est vniuocũ, & hoc mõ Ioan. Gãd. & Crisostomus Iauellus, voluerunt quòd

An philoso phia contẽplatiua in communi assumpta prędicetur vniuocè, vel ęquiuocè de suis partibus.

ſit vna. Alio modo conſiderari poteſt, videlicet vt eſt habitus, qui verſatur circa res ipſas,& non vt eſt habitus abſolutè, ſed vt habitus cõſiderans res ipſas,&hoc modo non eſt vniuoca,ſed analoga,&ſic per prius p̃dicatur de Diuina philoſophia,per poſterius de Naturali, adhuc per poſterius de ipſa Mathematica; quarè dicentes quòd hęc Philoſophia contemplatiua ſit vna, abſolutè decipiuntur; quia non eſt vna niſi,qua habitus eſt,in intellectu exiſtens. Sed habitus ille,vt eſt ratione rerum,ſic eſt analoga. Ad rationem reſpõdeo, negando ſimilitudinē, non enim eſt eadem ratio inter Mathematicam quò ad ſuas partes,& inter hanc Philoſophiam Contemplatiuam; nam licet ipſa Mathematica habeat ſub ſe plures partes, omnia tamen quæ conſiderantur in illis partibus,eodem modo conſiderantur quòd nõ eſt in Philoſophia Contemplatiua, quæ licet plures habeat partes, illæ tamen partes non eodem modo conſiderant ipſas res, vt ex ſuperius declaratis ſatis conſtat.

Aggredior modo examē partium huius Philoſophiæ Contemplatiuæ, & quia mu-

nus

nus nostrum est philosophiam naturalem profiteri, ideò quæ ad eam pertinent explicabo; ea verò, quę ad Diuinam Philosophiā, atq; Mathematicam spectant, bona venia nunc omittam, nè videar diutius quàm par est in his vos velle detinere; aliàs cum dabitur occasio illa explicabo. Intendentes explicare naturam philosophiæ naturalis, erit primò videndum an sit sciētia; & si sit, an Cōtemplatiua, & de qno sit, vt de subiecto. Hęc autem omnia fient nota per eius definitionem; Et quia omnis habitus, tum per subiectum, tum per finem debet definiri, philosophia naturalis est habitus, ergò sic erit definienda: quam definiendo dicam sic; Philosophia naturalis est sciētia contemplatiua, quæ versatur circà corpus natnrale, quà naturale gratia veritatis; quæ definitio erit recta, cum sit data, tum per subiectum, tum per finem, vt satis patet; quam definitionem adhuc esse rectam probo, singulas particulas in hac definitione positas, probando; Et primò quod sit Sciētia, hoc habetur ab Aristotele 1. physic. text. 1. cum sit methodus habens principia, vel causas, vel elementa,

Quid sit philosophia contemplatiua.

& ideò in fine illius primi textus dixit, quarè de principijs scientiæ, quæ de natura tractare tentādū est; in quo textu vocauit hāc Philos. Naturalem, scientiam: quam eandē sententiam habuit in principio 1. tex. 1. lib. de Cœlo, & Mundo, dicens, Scientia de natura ferè plurima, &c. Idem in 6. meth. con tex. 2. vbi vocauit Philosophiam Naturalē, Theoriam, & scientiam; quæ eadem sententia, comprobatur ratione sumpta à definitione scientiæ; Scientia est habitus intellectus per demonstrationem acquisitus, qui circà necessaria versatur, huiusmodi est philosophia Naturalis, ergò. Quòd sit Contēplatiua, habetur ab Aristot. 6. Methaphys. tex. 1. vbi eam vocauit scientiam contemplatiuam, cum non sit de numero Actiuarum, nec Factiuarū; Amplius quia versatur circà res quæ habent principium motus in seipsis, & omnis talis facultas, quę huiusmodi res contemplatur, est contemplaitua, vt 6. Methaphys. text. 1. habetur, præterea hęc philosophia naturalis est gratia scire, ergò est contēplatiua, tenet Consequentia ex Arist. authoritate 2. diuin. cōt. 3. assumptū

patet

patet ex Arist. 2. phys. t. 27. vbi dicit Philosophiam Naturalẽ esse negociũ gratia sciẽdi; preterea quia demõstrat multa ex causis, ergò est contẽplatiua; Ex quibus colligatis aliquam facultatem tripliciter dici contemplatiuã, vel ratione subiecti circà quod versatur, & sic procedit ratio sumpta ab authoritate Arist. 6. Methaphys. t. 1. vel ratione finis, & sic locutns est Aristotel. 2. methaphys. context. 3. vel ratione modi demonstrandi, & sic fuit vltima ratio. Quòd versetur circà corpus naturale, qua naturale, habetur ab Arist. 6. methaphys. tex. 1. nam versatur circà substantiam, quæ habet in se principium motus, & status; at hæc substã tia est corpus naturale, qua naturale; Amplius 1. Cœli, tex. 1. Scientia de natura ferè plurima versatur circà corpora, & magnitudines, & harum passiones, & motus; at corpora circà quæ Philosophia Naturalis versatur, esse corpora naturalia vnicuiquè constat; & ideò hoc tale corpus naturale ibidem definiuit, & huius ibi Auerroes adduxit rationem; quia quilibet Artifex tenetur definire suum

subie-

ſubiectum; Vltima particula in illa diffinitione poſita fuit (gratia veritatis) quæ erit ex prædictis manifeſta, cum ſit contemplatiua; cũ verſetur circà res, quæ habent principium motus in ſeipſis, cum ſit gratia ſcire. ex quibus omnibus ſequitur quòd ſit gratia veritatis: & ſi dixeris cuius veritatis? dicas rerum uaturalium, ſeu corporis naturalis, & hoc vt diſtinguatur à philoſophia Diuina, & à Mathematica, quæ ēt ſunt gratia veritatis. In ſequenti examinabimus vnamquãque particulam poſitam in hac diffinitione; Et primò an ſit Scientia, & an Contemplatiua.

LECTIO IIII.

An phioloſophia Naturalis ſit ſciẽtia.

QVIA inſtitutum noſtrum erat Philoſophiam naturalem, profiteri, idcircò fuit neceſſarium eius naturam explicare, quam diffinitiouem declarauimus, dicentes, Philoſophiam naturalem eſſe ſcientiam contẽplatiuam, quæ verſatur circà corpus naturale, quà naturale, gratia veritatis. quam diffini-

finitionem probauimus, probando vnamquãq; particulam positam in illa definitione, quæ ad hoc vt clarior reddatur, volo vt vnamquamq; particulam examinemus; Et primo an sit scientia, quę difficultas satis difficilis est, cũ fuerit in causa quòd Plato posuerit ydeas; & etiam sit in causa quòd expositores Latini adinuicem dissentiant; ad partem negatiuam argumentor; & primò sic, illa facultas quæ versatur circà singularia, non est scientia; hæc huiusmodi, ergò, probatur minor, quia versatur circà ea, quæ mota mouent 2. physic. contex. 71. quæ talia sunt singularia; Prętereà illa facultas, quę procedit ab effectibus non est scientia; Philosophia Naturalis huiusmodi, vt constat. Prætereà illa facultas, quæ versatur circà subiectum, quod est quid per accidens, nõ est scientia, hæc huiusmodi, cũ versetur circà corpus naturale, quà naturale, quod est vnum quid per accidens; Prætereà de rebus naturalibus non est scientia, ergò nec Philosophia Naturalis erit scientia; assumptum probatur, quia si sic, tũc res naturales essent nobiliores intellectu ipso, consequẽs

est falsum,& absurdũ,deducitur consequen tia,quia dato illo antecedẽti,tũc necesse est ꝙ huiusmodi res naturales moueãt intelle- ctũ ad sui cognitionẽ, oẽ aũt mouens est no bilius moto, ergò. In oppositũ sunt authori tates, & rõnes adductæ in pręcedenti lectio ne:At vt rõnes adductę de facili soluantur ; veniũt animaduertẽda aliqua , & primò qd nomine Philosophię naturalis sit à nobis ĩ- telligendum , cũ philosophiã hanc naturalẽ duobus modis possimus accipere , vno mo do ĩ se,ac in sui natura, vt quatenus versatur circà corpora naturalia,quæ habẽt sua prin cipia,& causas , & sic est sciẽtia; alio modo vt à nobis addiscitur ex quibusdam effecti- bus,& sic nõ est sciẽtia, sed potius quidã est habitus coniecturalis : & ideò sic à Platone in Eutidemo fuit vocata. Secundò est notan dum , quòd per scientiã debetis intelligere habitum vnũ intellectus , qui ab alijs qua- tuor habitibus cõtra distinguitur, videlicet à Sapientia,Prudentia, Arte , & Intellectu. Quæ scientia nil aliud erit,quàm habitus in tellectus, qui versatur circà necessaria, ac- quisitus per demonstrationem, gratia veri-

tatis; Indè sequetur, quòd si in aliqua facultate fiant demonstrationes, quæ tamen operi coordinētur, & nō sint ꝑpter scire, quòd talis facultas nō erit sciētia, sicut est in Arte mædica: Adnotaui quid per scientiā esset intelligendū, eo quia Arist. aliquādo illos habitus cōfundit. Tertiò venit adnotādū quō id, ꝙ cōiter dicitur, ꝙ sciētia acquisita ꝑ demōstrationē versetur circà necessaria sit verū; qa necessariū est duplex, alterū incōplexū, cuius est scientia per diffinitionē; Alterū cōplexū, cuiusmodi sunt ꝓpositiones vniuersales, quæ sunt æternæ veritatis. quod adhuc subdiuidetur, nā hoc necessariū cōplexū, vel hēt causas, vel caret causis, exēpli gratia, oē totū ē maius sua parte, causa caret ideò huius nō erit sciētia demonstratiua. & notandum est quòd cum dico vniuersalia complexa carere causa loquor de causa ueritatis cōplexa & ꝓpositionali eo quia non carēt causa veritatis absolutè, imo cā habēt sępè intellectū, vt docet Auer. 1. de aīa cōmē. 2. Intellect. n. est cā veritatis, & assensus earū: & sic si habēbūt causas, eorū erit scientia per demonstrationem, quā diuisionē do-

Quomodò scientia demonstratiua sit necessariorum.

docuit Arist. 8. physic. ad vltimum; Quòd necessarium complexũ habens causas, subdiuiditur ab Arist. 1. poste. cap. 8. nam vel habet simpliciter causas, & sic eius erit sciẽtia simpliciter; vel habebit causas vt in pluribus, & sic eius erit scientia, vt in pluribus.

Quomodo vniuersaliũ sit scientia, ac singularium.

Vltimò notandum est, quomodo vniuersalium sit scientia; quia secundum Arist. nec vniuersalium, nec singularium est scientia, pro vt docet Alexand. Aphrodiseus 1. quęst. Naturalium cap. 3. Vniuersalium non erit scientia, quia hæc vniuersalia nil sunt aliud, quàm rerum similitudines in intellectu existẽtes. Nec quoq; singularium, quia singularia sunt corruptibilia, etiã quia scientia est habitus intellectus, at singularia intellectu non apræhendũtur, sed sensu; Tum quia singularia sunt infinita: Ideò excludenda sunt ab arte, & scientia, vt Porphyr. in cap. de specie dixit authoritate Platonis. Quarè erit dicendum, quòd vniuersalium est scientia, quatenus habent esse in singularibus, seu quatenus ipsa præsupponũt singularia, quorum singularium erit scientia, nõ qua singularia sunt, sed quatenus sub ratione vniuer-

sali sunt concepta, & hæc determinatio nō est mea, sed Aristot. 9, diuin. Et Eustratij 2. poste. in expositione cap. 13. ex quibus de facili soluuntur argumenta pro parte negatiua adducta; Erat primū, quia versatur circà singularia, cum versetur circà ea, quę mota mouent: Dicendum quòd versatur circà singularia, sed non qua singularia, sed quatenus concipiuntur sub ratione vniuersali; Et si quis obijciat, illa facultas quę demonstrat per causam efficientē, versatur circà singularia, quatenus singularia. quam propositionem probabit, quia efficiens non producit motum, nisi in singularibus, in hoc, & in illo, at Philosophia naturalis demōstrat per causam efficientem, ergò &c. Neganda erit maior propositio, quia effectus singularis, causa efficiens est singularis, & effectus vniuersalis, causa efficiēs similiter est vniuersalis, vt docebat Arist. 2. Physic. Ad probationē illius maioris, quia efficiens non producit motum nisi in singularibus, verum est, sed illa singularia concipiuntur sub ratione vniuersali; & si adhuc ille obijciat, vniuersalia illa esse corruptibilia, cum illa vniuersalia

nil

nil aliud ſint, quàm ſingularia ſub ratione vniuerſali concepta, quę tamen ſingularia ſunt corruptibilia. Dicendum eſt ſingularia eſſe corruptibilia, videlicet diuiſim ſumpta, at ſimul ſumpta, ſeu ſub ratione vniuerſali concepta, ſunt ęterna: quę ſingularia ſic ſimul ſumpta, ſunt eadem cũ ipſis vniuerſalibus. Ad ſecundam rationem, erit reſpondendum ad maiorem, quòd maior illa propoſitio erit vera, ſi Philoſophia naturalis tãtum ab effectu demonſtraret, at quia multa etiam per cauſas demonſtrat, idcò erit ſciẽtia; Vel dicẽdum, ꝙ Philoſophia Naturalis ab effectibus ꝓcedit, reſpectu noſtri modi addiſcendi, at in ſe, ac ſui natura, per cauſas demonſtrat, & ſic eſt ſcientia. Erat tertia ratio, illa facultas quæ verſatur circà ſubiectum, quod eſt quid vnum per accidens, nõ eſt ſcientia; neganda eſt minor propoſitio, quę manifeſtabitur paulò infrà, dum examinabimus quæſtionẽ de ſubiecto totius Philoſophiæ Naturalis. Fuit vltimum argumentum, quòd tunc ſequeretur res naturales fore nobiliores ipſo intellectu, ſicut fuit deductũ, neganda ſemper eſt conſequẽtia;

 Ad

ad probationẽ dicendum, quòd omne mouens, scilicet principale, est nobilius moto; at res naturales si mouent intellectum, non mouent principaliter, sed secundariò, producendo similitudines ipsarum in intellectu; & sic mouent secundariò.

Habito quòd Philosophia naturalis est scientia, est modò videndum an sit Contemplatiua; Ipsam esse contemplatiuam satis in præcedenti declarauimus lectione, nam erat contemplatiua tum ratione subiecti, tum ratione finis, tum ratione modi demonstrandi: à quibus tribus modis aliqua facultas dicebatur contemplatiua. In oppositum autem arguitur, & primò authoritate Aristo. in 1. de partibus animalium ad principium, vbi eam excludere à contemplatiuis videtur, dicens, In Contemplatiuis est alius modus demonstrandi, quàm in Naturalibus. quo Arist. dicto stãte, sequitur philosophiã naturalẽ in numero contẽplatiuarũ nõ esse reponendã. Amplius illa facultas, quę circà ꝓblemata, quę operi coordinãtur versatur, nõ est cõtẽplatiua; huiusmodi est philosoph. naturalis, nã cõsiderat an oia

An Philosophia naturalis sit contẽplatiua.

fato eueniant, quod problema operi coordinatur, quia ſi omnia fato euenient, tunc nō erit conſultandū, ergò non erit contemplatiua; Dicatis ad primum quod Ariſt. ibi eā excludit à cōtemplatiuis, ideſt a Mathematicis, & hoc præcipuè ratione modi demonſtrandi, cum in naturali philoſophia non ſint ità exactæ demonſtrationes, prout ſunt in Mathematicis, At ratione finis, videlicet vt ſunt gratia veritatis, nequaq̃ ab illis ſeparatur; nec etiam ratione rerum circà quas verſatur, licet alio, & alio modo conſiderentur, hic, & ibi. Ad ſecundum, dicatis quòd talia problemata, vt operi coordinantur, nō conſiderari à Philoſopho naturali, ſed tantum, vt ſunt gratia veritatis. Sequitur examinare tertiam particulam poſitam in illa diffinitione, an videlicet verſetur circà corpus naturale, quà Naturale, de qua in ſequenti.

LECTIO V.

AB omnibus Philoſophis, & præcipuè ab Ariſt. 1. topicorū vanum, & inutile eſſe velle omnibus contradicere, dijudicatum eſt; Quod præceptum, & ego inſecutus in

pertra-

pertractando quæstionem de subiecto totius philosophiæ naturalis, non omnes opiniones adducam, sunt enim ferè duodecim; Quarum tantum quatuor principales adducam, ad quas quatuor omnes aliæ redigũtur, quas examinabo, quid sit asserendum aperiam. Causa istius difficultatis est, quia definientes philosophiam naturalem, diximus ipsam esse scientiam contemplatiuam, quæ versatur circà corpus naturale, quà naturale, gratia veritatis, primas duas particulas examinauimus, videlicet quòd esset sciẽtia, & Contemplatiua, reliquum est declarare tertiam; Ideò quæritur an Philosophia Naturalis versetur circà corpus naturale, quà naturale, ità quòd corpus naturale, quà naturale sit ipsius subiectum. In primis manifestabò titulum quęstionis, demũ quid alij senserint, vltimò quid sit asserendum secundum mentem Arist. dijudicabo. Hoc nomen subiectum, multis modis in doctrina Aristot. assumitur, quandoq; per subiectum, Arist. intellexit ipsum inferius, de quo aliquid prædicatur, vt in antepraedicamentis, in illa regula, quandò alterum de alte-

An corpus naturale, quà naturale sit subiectum totius philosophiæ naturalis.

tero prædicatur. Aliquandò ſumpſit Ariſt. ſubiectum, pro ipſa ſubſtantia vt in prædicamento ſubſtantiæ dum dixit, Eorum quę ſunt in ſubiecto, vt in plurimis neq; nomen neque ratio, prædicatur de ſubiecto, ideſt de ſubſtãtia; Aliquando accepit hoc nomẽ ſubiectum, pro ſubiecto propoſitionis, & ſic primo Priorum in diffinitione termini. Quandoq; pro materia accepit ſubiectum, vt primo phyſicorum habetur; vbi ſæpè vocauit materiam, ſubiectum. Quandoq; conſueuit intelligere per ſubiectum, terminos tranſmutationis, qui ſunt duo, terminus à quo, & terminus ad quem vt 5. phiſ. contex. 9. Aliquandò ſumitur ſubiectum, pro cõſiderato in aliqua ſcientia; & de hoc eſt ſermo. Quod ſubiectũ eſt duplex, aliud Materiale, aliud Formale. Materiale eſt res conſiderata, formale ſubiectum eſt res conſiderata, cum modo conſiderandi inſimul: à quo ſubiecto formali Scientiæ recipiunt ſuam vnitatem, & adinuicem ſeparantur. Quod ſubiectum formale adhuc eſt duplex, alterũ principale, quod nil aliud eſt, quàm res perfectior conſiderata in illa

sciētia. alterum adæquatū & est illud, quod omnia considerata in scientia continet, & cui omnia coordinantur, & de hoc subiecto adæquato, est tota disputatio in præsenti. Quod subiectum adæquatum ad hoc vt à quolibet posit cognosci, sciendum est quæ sint eius conditiones; hoc subiectum adæquatum tres debet habere conditiones principales; prima q. sit per se notū, ac principaliter notū: Et ideò 1. Post. pluribus in locis dixit Aristot. q. de subiecto præsupponitur si est, & quid est, & per si est, intelligatis esse actualis existentiæ; secūda eius conditio est, quòd sit vnū, siue modò sit vnū vni uocè, vel analogicè hoc nihil refert, vt 4. Di uinorū. t. 2. habetur; & propter hoc nullum complexum potest esse subiectum, cum nullum complexum sit vnum, nec vniuocè, nec analogicè; Et ideò 1. post. capit. 18. dicebat Aristoteles. Scientia est vna quia est vnius generis subiecti. tertia cōditio est, qđ sub iectum habeat principia, & partes, tam subiectiuas, quàm integrales, & passiones; Et hic est notandum quòd non est necessarium semper, quòd Subiectum cuiuslibet

ſcientiæ habeat principia, vt patet de ſcientia Dei. Nec eſt neceſſarium etiam quòd ſubiectum cuiuſlibet ſcientiæ habeat ſemper partes ſubiectiuas, do exemplum, vt ſi quis traderet ſcientiam de homine, patet tunc quòd homo non habet partes ſubiectiuas, nempè ſpecies. At ſemper erit neceſſarium quòd ſubiectum habeat paſsiones, quę paſsiones de eo demonſtrentur.

Quibus ſic declaratis, quid alij ſenſerint affero. Fuit primus modus dicendi Alberti Magni, quem modum multi Latinorum, vt Aegidius, & quàm plures alij inſequuti sũt. Dixit Albertus Corpus Mobile, vt mobile eſſe ſubiectum; Corpus mobile eſt ſubiectũ materiale, vt Mobile, eſt ſubiectũ formale; Quam poſitionem volens ipſe Albertus declarare notauit triplex eſſe corpus, videlicet Corpus methaphyſicum, Corpus naturale, Corpus mathematicum. Per Corpus methaphyſicum, dixit nos nil aliud debere intelligere, quàm corpus quodam commune, & cõfuſum, nõ contractũ per terminos quãtitatis, nec per gradus qualitatis, quod corpus methaphyſicum ab ipſo Methaphy

ſico,

ſico cõſideratur; Si modò fiat deſcenſus ab illo corpore communi, ita quòd limitetur tale corpus per quantitatem, ſic fit corpus mathematicum, quod erit ipſa trina dimenſio; ſi adhuc magis limitetur, fit corpus naturale, quod eſt limitatum per qualitates, & per ipſum motum; & ſic dicit ipſe Albertus, quòd deſcendimus ab ipſa Methaphyſica in Philoſophiã Naturalem; & tunc probat hanc ſuam poſitionem, ſimiliter & ipſum inſequentes, & primò ex Auerroe, qui 1. Cęli commen. 2. dixit Ariſt. definire ipſum corpus, quia eſt ſubiectum ſuę artis, & quilibet Artifex tenetur definire ſuum proprium ſubiectum: Amplius dixit illud eſſe ſubiectũ in aliqua facultate, cui cõuenit propria paſſio in tali facultate conſiderata; ſed mobilitas eſt propria paſſio, & prima conſiderata in ſcientia naturali, quę primò conuenit ipſi corpori, vt patet ex Ariſt. 1. phyſic. cõtex. 6. dicens nobis autem ſubijciãtur omnia, aut quædam moueri; ſimiliter & 2. phyſic. context. 71. quæ mouent & mouentur ſunt phyſicæ conſiderationis; ergò corpus mobile erit ſubiectũ; Tertiò argumẽtatus eſt ſic, vel

vel Ens mobile, vel Corpus mobile est subiectũ in Naturali philosophia; (Et sic locutus est, quia tempore suo hæ duæ opiniones tantum vigebãt) At non est Ens mobile subiectum in Philosophia naturali, quia si sic, tũc naturalis Philosophia ipsi metaphisicæ esset subalternata, ergò Corpus mobile erit subiectũ: vltimò illud est subiectũ in aliqua scientia, cui conueniunt conditiones subiecti, at conditiones tres, quibus subiectũ gaudet, conueniunt corpori mobili; nam est notum, est vnum, habet partes, & passiones, & eius principia inquiruntur in hac naturali scientia: ergò in eadem naturali scientia erit subiectum. Aegidius, qui insecutus est hanc positionem addidit aliud fundamẽtum, & dixit quòd mobilitas, quæ est prima passio cõsiderata à naturali Philosopho est limitata; & adeò limitata est quòd limitat suum subiectum ad esse mobile, & non ad aliud, si ergò Mobilitas est passio limitata, debet ergò etiam habere subiectum limitatum; at ens est quid illimitatum, quia nõ est genus, ideò non poterit contrahi, nec limitari per aliquam differentiam, sed tantum

tum

tum per diuersos modos essendi ipsum ens limitabitur: ideò mobilitas non esse poterit passio, ipsius entis, ipsius ergò corporis erit passio, cum Corpus sit quid limitatum.

Sed contra hunc modum dicendi, insurrexit D. Thomas in fine sui prologi ad lib. Phys. qui sic argumentatur, Nulla scientia probat suum subiectum, at corpus mobile probatur esse ab Aristot. 6 phys. t. 32. ergò non erit subiectum. maior nota est ex 1. Post. pluribus in locis; minorem probat, quia Aristot. 6. phys. loco allegato, probat Omne mobile esse corpus, cũ omne quod mouetur partim sit in termino à quo, & partim in termino ad quem; si ergò omne mobile est corpus, sequitur etiam quòd omne corpus sit mobile, per conuersionem simplicem, & per consequens corpus mobile esse; & hanc eandem rationem ipse Sanctus Doctor adduxit in suo tractatu de natura generis, capit. 14. licet Cardinalis Gaietanus dixerit hic, illum tractatum nunquã vidisse Diuum Thomam, quoniam non sapit stylũ, & modũ scribendi ipsius, etiã quia

in tali tractatu multa sunt, quæ doctrinæ ipsius Diui Thomę non consonant.

At insequentes positionem Alberti viderũt hoc argumentum, ad quòd respondent negãdo minorem, videlicet quod probet corpus mobile esse; benè probauit quòd omne mobile est corpus, seu quòd nihil est mobile nisi corpus, propter hoc nõ probat corpus mobile esse; Thomistę adhuc instãt contra hanc responsionem, dicentes hanc consequentiam valere, Aristot. probat nihil esse mobile nisi corpus, ergò probat corpus mobile esse, per conuersionem, simplicem sicut & supra afferendo argumentum Diui Thomę dictum est. Insequentes Albertum adhuc respondent; negando illam conuersionem, quia non valet dicere Aristot. probat consequẽs, ergò probat & antecedens; Thomistæ replicant, sustinentes argumentum Diui Thomæ, & probant illud argumẽtum valere; Quia dicunt, quòd omnis ratio quæ probat coniunctionem partium alicuius totius, probat, & illud totum esse coniũctum; Sed Arist. probauit coniunctionem partium, videlicet mobilitatis cum corpore

re, ergò & totum videlicet corpus mobile esse, ergò corpus mobile non poterit esse subiectum, quarè ratio Diui Thomę principalis, stabit in robore suo.

Posteriores Thomistę adhuc improbarunt hunc dicēdi modum, dicentes, Si corpus mobile, vt mobile, esset subiectum in hac Scientia naturali, sequeretur quòd ipsi mathematicę tunc esset subalternata Philosophia naturalis: probant consequentiam, quia Mathematicus considerat ipsum corpus, at modò Naturalis philosophus addit condtionem accidentalem huic subiecto, videlicet ipsam mobilitatem. Addunt nullum Ens per accidens potest esse subiectum in aliqua scientia, quia de ente per accidēs non habetur scientia; Sed corpus mobile, vt dicit passionem est ens per accidens, ergò non poterit esse subiectum. Fundamētum etiam ipsius Alberti, in quo habet, ꝙ corpus est triplex, nempè methaphisicum, naturale, & mathematicum: est purum figmentum, quia Auer. 3. Metaph. com. 17. docuit non dari corpus methaphisicū. Sed quis dicet, quid ad me de Auer. si ipse illius

fuit opinionis, non curo de ipso. Ideò propter sic dicentes, probo quod suũ fundamentũ est falsum, & Aristot. repugnat; quia si daretur tale corpus metaphisicum, tunc rueret dictũ Arist. 6. diuin. contex. 3. vbi dixit, Si nõ essent substãtię abstractæ, tunc naturalis philosophia, esset prima philos. modò ponatur quòd substãtię abstractę nõ sint, ob hoc non sequetur, quòd Naturalis Philosophia sit prima, quia adhuc ipsa Metaphisica erit prima, cum sit hoc corpus metaphisicum, quod ab ipso Metaphisico considerabitur. Amplius, illud fundamentum est falsum, quòd detur hoc corpus metaphisicum abstractum à corpore mathematico, & naturali, cum hæc talis abstractio nõ possit fieri, nam sicut animal vniuersale nõ ponit in numero cum suis singularibus, sed est quid commune ipsis; similiter hoc corpus metaphisicum non ponet in numero cum corpore mathematico, & naturali, sed erit tanquam vnum commune vtrique. Fundamentum etiam datũ ab Aegidio nullius videtur esse roboris, òb hãc rationem, quia de natura subiecti est vt contineat om-

nia

nia considerata in scientia, in qua est subiectum; at corpus mobile non continet omnia considerata in scientia naturali, materia enim,& forma, Deus, anima, & alia multa considerãtur in Philosophia Naturali, & tamen hæc non continẽtur sub corpore mobili, ergò &c. In sequenti lectione opinionem Diui Thomę afferemus.

LECTIO VI.

NON est dubium apud Philosophos veritatem magis claram reddi ex collatione opinionũ adinuicem; idcircò nos Quæstionem de Subiecto Philosophiæ Naturalis pertractantes, exordium sumpsimus ab aliorum opinionibus; & quia quàm plures erant, ideò non omnes referre intendebamus, sed tantum principaliores, quæ erant quatuor, ad quas omnes aliæ reducebantur. Quid senserit Albertus, vidimus in precedenti lectione, afferendo eius opinionẽ cũ suis fundamentis; quam opinionem etiam improbauimus ex sententia Thomistarum, confutauimus quoquè eius fun-

damenta. Prosequor afferendo secundum modum dicendi, qui modus etiam est fortasse verior; & est ipsius Diui Thomæ Aquinatis, à quo omnes bonæ literæ in latinos migrarunt, & cui iura exponendi meritò concessa sunt: quem etiam non modò in his Physicis commentation. sed etiam in omnibus alijs fidum ducem habemus. qui in principio præsentis operis de Physico Auditu; voluit Ens mobile esse Subiectum totius Naturalis Philosophię. Quam opinionem ipse Diuus Thomas etiam tribus comprobauit fundamētis, ideò sileant illi, qui dicunt ipsum nullam adduxisse rationem pro sui opinione. quam etiam opinionem posteriores Thomistę multis comprobarunt argumentis. primò tamen afferam fundamenta ipsius Diui Thomæ. Fundat primū suum argumentū in dictis Arist. 6. Diuin. text. 2. vbi Arist. assignauit causam diuersitatis Scientiarum Speculatiuarum, quam causam assumit à diuerso definiendi modo; cū enim omnis Scientia Speculatiua per demonstrationem habeatur, & cuiuslibet demonstrationis medium sit defi-

nitio

nitio, dicit ipse Diuus Thomas, ideò à diuerso definiendi modo, Scientiæ Speculatiuæ sument diuersitatem: quam diuersitatem sic notauit ipse Diuus Thomas, dicens: entia esse in triplici genere, nam quędam sunt separata à materia sensibili, & à motu; tum secundum esse, tum secundum intellectum; & hæc sunt in duplici differentia, vel enim nunquam fuerunt in materia, vt Deus, & alię substantię separatæ; vel dicuntur separata à materia, eo quia nõ vniuersaliter sunt in materia; vt substantia, potentia, actus, ipsum ens, vnum, & reliqua huiusmodi, de quibus omnibus tractat ipsa Methaphisica; ad hoc enim vt aliquid methaphisicæ considerationi subijciatur, requiritur quòd sit abstractum à materia sẽsibili secundum esse, vel quòd posit permisceri cum abstracto secundum esse à materia sensibili, exemplum 1. vt substantiæ abstractæ: exemplum secundi datũ est de substantia, de potẽtia, & de actu, & de alijs, quę omnia sunt communia rebus materialibus, & immaterialibus; quæ talia dici poterunt entia abstracta secundum esse permissiuè;

Alia

Alia sunt entia, (& hoc est secundum genus entium) quæ motui, & materię sensibili secundum esse sunt coniuncta, at secundum intellectum, seu secundum definitionē separata, & talia sunt oīa entia mathematica; vt numeri, magnitudines, figuræ, rectū, & curuū, quę licet nō possint esse nisi in materia sensibili, in eorū tamē definitione materia sensibilis non cadit; & huiusmodi talia considerat Mathem. facultas. Tertiū genus entium est eorum, quæ motui, & materię sensibili sunt coniuncta, & secundum esse, & secundum diffinitionem; & talia sunt omnia entia naturalia, vt homo, lapis, de quibus est Philosophia Naturalis, quam profitemur. ex quibus apparet nunc manifestè, quòd Ens mobile sit in ea Subiectum, cum omne ibi consideratum habeat materiam, & omne quod habet materiam sit mobile. 2. physs. tex. 71. & in re mota semper oportet intelligere materiam 2. metaphis. text. 11. Secundum argumentum principale Diui Thomæ elicitur ex diuersa consideratione entis mobilis, ex qua diuersa consideratione entis mobilis ordinātur octo pricipales

cipales partes philosophiæ naturalis secundum prius, & posterius quantum ad ordinē doctrinę nobis tradendæ; ita quòd illa pars dicatur prima, à qua doctrina nostra incipere debet, & eodem modo aliæ partes cōsequenter ordinentur; & ideò dixit quòd sicut omnibus scientijs præmittitur Prima Philosophia, in qua determinatur de his, quæ sunt communia enti, secundum quòd ens: sic etiam fuit necesse, quòd in scientia naturali præmittatur vnus liber, in quo determinetur de his, quę sunt communia enti mobili in communi assumpto, & secundum se, siuè absolutè; & hæc est Scientia tradita in istis libris Phys. Est & alia pars Philosophiæ naturalis, quæ considerat ipsum ens vt contrahitur; quod ens si cōtrahetur per differentiam ad vbi, sic considerabitur in libris de Cœlo & Mundo; Si verò contrahetur per formam; aut contrahetur per formam rei simplicis: & sic erit tertia pars principalis, scientia tradita in libris de generatione. aut contrahetur per formam mixti; & si sic, aut per formam mixti imperfecti; & tunc erit quarta pars, scientia tradita in

libris Meteororum. aut per formam mixti perfecti; & si sic; aut per formam mixti perfecti inanimati, & sic erit quinta pars, videlicet liber de Mineralibus, quem librum desideramus, ꝑ vt notauit Auer. in 1. Phys. in fine com. 57. & in princ. 1. libri Meteor. Sed loco huius, habemus librum ab Auic. & ab Alberto editum, licet dixerit Suessanus in 1. de Anima se hunc adinuenisse librum. aut per formam mixti perfecti animati; & tunc subdiuidetur, quia aut considerabit operationes eius, pro ut se tenent ex parte animæ; Et sic erunt libri de Anima in loco sexto positi: aut considerabit eius operationes, pro vt se tenent ex parte corporis; & hoc membrum adhuc subdiuidetur: aut enim considerabuntur operationes omnes communes omnibus, vel pluribus animatis, & sic in 7. loco erũt libri Paruorum naturaliũ. aut considerabuntur omnes operationes propriæ cuiuslibet speciei animatorum; & tunc, aut huisinodi animata, sũt prædita anima uegetatiua; & sic erit liber de plantis, quo caremus, vt etiam notauit Auer. in 1. Phys. in fine com. 57. Sed

loco

loco huius, habemus librũ ſcriptũ à Theophraſto: aut huiuſmodi animata erunt prædita anima ſenſitiua, & intellectiua, & ſic erunt libri de Animalibus in vltimo loco. Ex qua tunc diuiſione entis mobilis, ſic diuerſimodè conſiderati, (licet eam hic non ſic completè S. Thomas poſuerit, ex ſuis tamen dictis hic, & alibi colligitur) manifeſtatur cuilibet Ens mobile eſſe Subiectum in Philoſophia Naturali, nam ordo, & diſtinctio Scientiarum, ſumitur ex ordine & diſtinctione ſubiectorum, quæ per ſe, primò, & formaliter conſiderantur; vt 1. Poſt. habetur. Tertia, & vltima ratio, quæ fuit magis ab ipſo D. Thoma expreſſa hic, eſt hæc; Aut corpus mobile eſt ſubiectum, aut ens mobile; Corpus mobile non, eo quia nulla ſcientia probat ſuum ſubiectum eſſe. 1. Poſt. & ſciẽtia naturalis probat corpus mobile eſſe; nam 6. phyſ. hoc probauit, vt ſuprà etiam fuit declaratum, ergò ens mobile erit ſubiectum. & hæc ſunt tres rationes quæ colliguntur à D. Thoma, hic in ſuo Procemio.

Poſteriores Thomiſtæ, vt Gratiadeus,

& Cardinalis Gaietanus addiderunt alias rationes pro comprobatione istius positionis, quarum aliquas adducam; & primò dixerunt, illud est subiectum in aliqua sciẽtia, quod ponitur in definitione propriȩ passionis consideratæ in illa scientia; at mobilitas est propria passio considerata in scientia naturali, in cuius diffinitione ponitur ens, vt patet ex 3. Phys. vbi Arist. diffiniuit motum, dixitq;; Motus est actus entis in potẽtia, vt in potentia; ergò &c. Secundò dixerunt, si corpus mobile est subiectum, tunc illud (vt mobile) vel esset quid intrinsecum ipsi corpori, vel quid extrinsecum. si quid intrinsecum, tunc committetur nugatio; quia sicut est nugatio dicere (homo rationalis) cum rationale sit ipsi homini intrinsecum: similiter erit nugatio dicere corpus mobile vt mobile, cum mobile sit quid intrinsecum ipsi corpori. si verò fuerit quid extrinsecum; tunc corpus erit quid vnum per accidens, quarè nullo modo poterit esse subiectum ipsum corpus, benè ipsum ens. Vltimò dixerunt, Aristot. 6. Diuin. assignans scientias speculatiuas dixit, Metaphi-

taphisicam considerare ens, vt ens; Mathe maticam ens quantum; Philosophiam naturalem ens cōtractum per quale; at ens cō tractum per qualitates sensibiles, constituit ens mobile; ergò Ens mobile erit subiectū̃.

Qui modus dicendi est satis difficilis, ac tutus non videtur: difficilis primò quia ipsi Thomistæ adinuicem sunt maximè discordes in declarando quid sit intelligendum per ens mobile, secundum mentem Beati Thomæ. Aliqui ipsorum, vt Gratiadeus, dixerunt per ens mobile intellexisse ens, q̃d comprehendit materiam, formam, & compositum, insimulq; & accidentia. quę opinio etiam si fuerit Diui Thomæ, non erit ad mentem Aristot. cum hoc tale ens commune materiæ, formæ, & cæteris, non habeat causas: at in 1. tex. huius 1. Phys. proponit Aristot. se velle inquirere causas, & principia rerum naturalium. etiam quia Beatus Thomas hic dixit, quòd hic inquiruntur principia, & causæ entis mobilis, & non materię, & formæ. Cardinalis Gaietanus explicans hoc, videtur dicere Diuum Thomam per ens mobile intellexisse com-

positum ex materia, & forma: & non solum cõpositum substantiale, sed & accidentale. Cui opinioni alij instant hac ratione, Omnis pars subiectiua, seu omnis species entis mobilis est definibilis; at nullum compositum per accidens est definibile, non enim hominis albi, vel musici est definitio, ergò &c. Alij Thomistæ, dixerunt per ens mobile, esse intelligendũ quodcunq; quod ponitur directè in aliquo prædicamento & substantiæ, & accidentis; & sic excludunt materiam, formam, actum, & potentiam: cum hęc diuidant pręcamẽta, & non sint directè in linea prædicamentali; quo nam autem modo his conueniat ens mobile, patet, quia conuenit ipsis, vt principia constituentia ens mobile; & hic modus exponendi videtur verior duobus primis: quia non est existimandum quòd quãdo dicitur, subiectum conuenire omnibus in scientia consideratis, ita esse debere, vt de omnibus prædicetur in recto; sed sufficit vt illis conueniat aliquo modo. & licet hunc tertium exponendi modum magis approbem; òb hoc tamen non videtur esse asserendum, Ens mo

bile esse subiectum: quia, vt dicebam, ipsi Thomistæ adinuicem sunt discordes in expositione positionis sui Doctoris. Qui modus adhuc redditur difficilis, cum ipse Diuus Thomas sibi ipsi dissentire videatur hic in Procemio,& in 1. Cœli similiter in procemio; nam hic vult ens mobile esse subiectũ, at ibi 1. Cęli videtur dixisse corpus mobile. Adhuc sibi ipsi repugnare videtur hic ĩ pœmio, & in 4. Phys. in expositione text. 64. lectione 12. nam hic asserit ens mobile, ibi verò dixit: In hoc libro agitur de corpore mobili in communi, & hanc authoritatem non vidi aliquem hucusquè adduxisse. Sed licet, domini, has contradict. afferam in Diuo Thoma, ob hoc dabo etiam modum respondendi, quia non est credendum quòd tantus Doctor, sibi ipsi contradixerit, & suorum dictorum fuerit immemor. Sed prosequor nunc afferendo alias instantias contra opinionem Diui Thomæ, quibus tamen omnibus, vt superius dixi satisfaciemus. Aegidius, qui discipulus ipsius Diui Thomæ fuit, adhuc & ipse conatur improbare positionẽ hanc sui pręceptoris dua-

bus

bus rationibus; (licet dicat se non attingere intellectum positionis sui Doctoris) & vtitur hac prima ratione; Data veritate huius positionis, tunc sequeretur Philosophiam naturalem subalternatam esse ipsi Metaphisicæ, consequens absurdum, & Arist. repugnans 6.diuinorum context.2.vbi scriptum reliquit, tres esse habitus intellectus, qui adinuicem maximè distincti sunt, non ergò subalternati. Consequentiã deducit Aegidius, quia subiectum vnius, includit subiectum alterius, cum conditione accidentali, nempè cum mobilitate; & ideò Antonius Andreas 1. Metaphisices. Quæstione prima, respondens ad quartum argumentum dixit hęc verba; Caueant illi, qui ponunt Ens mobile esse subiectum in Philosophia naturali, quoniam euadere non poterunt, quin philosophia naturalis subalter netur ipsi metaphisicæ. Secunda ratio Aegidij fnit hęc, si ens mobile esset subiectum, tunc Philosophia naturalis esset pars Metaphisices; probat consequentiam, quia munus Metaphisici est, non solum considerare ens, sed & partes entis, hæc fuit Aristot. senten-

sententia 4. Diuin. t. 1. in primis verbis, dicens: Est aũt Sciẽtia quædam, quæ speculatur ens, in quãtũ ens, & quę huic insunt secũdum se; aliarũ aũt nulla intendit vniuersaliter de ente, in quãtum ens; verũ partẽ eius abscindentes aliquam; circà hanc speculantur ipsum accidens. Ex his habetur nullam scientiam accipere pro subiecto ipsum ens, sed aliquam partem subiectiuã entis. quòd autem ens mobile sit vna, & de primis partibus entis, probatur ex Aristot. 3. Metaphisicę t. 10. vbi habetur quòd ens non cõtrahitur ad suas partes per differẽtias, quia sic esset genus, sed tantum per diuersos essendi modos, & sic (mobile) erit quidam essendi modus ipsius entis; quarè ens mobile non erit subiectum. Addam & ego hanc rationem, quæ de directò videtur procedere contra hanc positionem, & inquiram à D. Thoma; quid per ens intelligat, cum dicit ens mobile esse subiectum; vel enim (per ens) intelligit substantiam, vel accidens, vel tertium conceptum à substantia, & accidente. non vltimum poterit intelligere, cum secundum doctrinam ipsius Diui Tho

mæ non detur talis conceptus distinctus à substantia, & accidente; nec secundũ; quia certum est vnicuiq; quòd accidens mobile non est hic subiectum. Si primum intelligat, tunc erit sensus, ens mobile; idest substantia mobilis, est subiectum, at hæc substantia mobilis non potest esse nisi substantia corporea: ergò corpus mobile erit subiectum, cuius oppositum ipse dixit contrà Albertum. Confirmo hoc argumentum, quoniam cum aliquis terminus plura significat, & vnum per prius, & aliud per posterius, absoluteque sit prolatus, semper supponit pro digniori, at ens est terminus significans & substantiam, & accidens, absolutè ergò prolatum, significabit pro nobiliori, quare significabit substantiam, & per cõsequens substantia mobilis, quæ est idem quod corpus mobile, erit subiectum. In sequenti lectione prosequar adhuc afferendo instantias cõtrà hanc positionem; insimulquè tertium modum dicendi scotistarum afferam.

LECTIO VII.

LEgitur in Apologia Socratis, delectabilia non perfectè cognosci, nisi & apponantur tristia; & bonum non nisi per malum: ideò propositio cõmunis est, quòd contraria iuxtà se posita magis elucescunt. sic quoque nos in præsenti dicemus, verum non perfectè cognosci, nisi ex appositione falsi, Idcircò inquirentes verum Naturalis Philosoph. subiectum, non tantum eorum opiniones, qui vera dixere, afferre debemus; sed etiam opiniones illorum, qui falsa dixere: quibus demum opinionibus reiectis, veritas magis elucescat: quòd & vbiq; Aristot. facere consueuit. Hancq; ob causam hœsterna luce opinionem Alb. primò adduxi, eamq; reieci. secundò quid senserit Beatus Thomas recitaui, & adduxi multas instantias contrà talem positioné, q̃ reddebant ipsam difficilé: inter cæteras fuit hæc vltima adducta, quæ directè contrà Diuum Thomam procedere videbatur, & inquirebam quid intelligeret per ens mo

bile, aut substantiam, aut accidens, aut tertium conceptum distinctum à substantia, & accidente; non accidens, quia constat omnibus quòd accidens mobile non potest esse subiectum in Philosophia Naturali. non tertium conceptum, quandoquidem talis conceptus communis substantiæ, & accidenti in doctrina Diui Thomæ non detur. reliquum ergò erat, quòd per ens intelligeret ipsam substantiam, & sic substantia mobilis erit subiectum, quæ substantia mobilis, nil aliud erat, quàm corpus mobile. Cōfirmabatur hoc argumētum ex regula communi, quæ est: Quod cum aliquis terminus plura significat, & vnum per prius, aliud per posterius, absolutè prolatus, semper supponit pro digniori, & hic eramus. Prosequor modo, dicoq; quòd multi propter hoc argumentum dixere, idem esse dicere corpus mobile, & ens mobile esse subiectum, quia ens mobile, & corpus mobile adinuicem conuertuntur, & sunt idem: quarè nihil refert dicunt, siuè dixeris corpus mobile, siuè ens mobile esse subiectum. Non defuerunt ēt aliqui, qui voluerunt has duas

opiniones iam adductas concordare, dicẽtes, duplex esse subiectum; alterum principalitatis, & est illud quod primò considera tur in scientia, & sic in Philosophia Naturali Corpus mobile erit subiectum: & hoc modo intellexit Albert. & sequentes Albert. nempè de subiecto principalitatis; est aliud subiectum, quod attributionis vocant, & est illud, ad quod omnia in scientia considerata, reducuntur; & sic ens mobile simpliciter erit subiectum, de quo locotus est S. Doctor, dicunt illi. Et sic volunt dicta Albert. & Diui Thomæ conciliare. Sed, domini, sic dicentes non sunt audiendi, quia nihil dementius est, quã eos qui è regione pugnãt, volũtq; esse discordes, cõcordes velle reddere, ipsisq; nolẽtibus; quarè isti maximè hallucinãtur, & superiores p̃dicti; isti quidẽ, quia manifestè omnibus apparet, vtrosq; nempè Albert. & Diuum Thomam loqui de subiecto attributionis. superiores verò, dicentes non differre ens mobile, & corpus mobile ideò esse idem; maximè & ipsi à veritate deuiant: nam, si illa adinuicem conuerterentur, tunc de quibuscunq; vnum prę

 dicare-

dicaretur, & alterum quoquè, quòd tamen esse falsum, patet; nam ens mobile prædicatur de omnibus mobilibus essentialiter; & etiam de ipsis accidentibus; de quibus tamen essentialiter corpus non prędicabitur, sed tantum per accidens, nam non dices; quòd albedo sit corpus mobile; sed benè dices quòd est res corporea mobilis; accedit quòd corpus mobile non conuenit omnibus his, quibus ens mobile; nam corpus mobile tantum his conuenit, quæ successiuo mouentur motu, & subiectiuè, at ens mobile, ipsi formæ aptatur, quæ dicitur mo ueri, tamquam terminus quidam, siuè vt Scotistæ dicunt (terminatiuè) aptatur etiã & materiæ, quæ mouetur subiectiuè, sed in instanti, per abiectionem contrarij; quem motum, vocant recentiores, motum corruptiuum. aptabitur quoq; ens mobile his, quę in instanti mouẽtur perfectiuè, qui motus sic dictus est, quia talis motus est eorum perfectio, quo motu mouentur sensoria ab obiectis suis; quarè illæ conciliationes meo quidè iudicio non erunt approbandæ.

Fuit tertius dicendi modus principalis,

omnium

omnium Scotistarum, Io. Canonici hic in 1. Phys. quæst. 1. Anton. Andr. in de tribus Principijs q. 1. Anton. Tromb. 6. Metaph. q. 2. qui subiectum statuerunt in Philosoph. naturali, Substantiam finitam naturalem; ita quòd subiectum materiale, seu res considerata; sit substantia finita, modus considerandi, siuè subiectum formale sit, quà naturalis. dixerunt isti substantiam, & non corpus, nec ens; vt comprehenderent Intelligentias, quę sunt substantię mobiles ex sui natura; addunt finitam, vt excludatur Deus, qui est substantia infinita; addunt naturalem, & non dicunt mobilem, nè alicui videatur, quòd mobilitas sit ratio formalis subiecti, mobilitas enim cum sit accidens, quia est actio, vel potius passio, nō poterit tunc esse ratio formalis huius subiecti; cum nullum accidens possit esse talis ratio formalis: & si quis dicat, concedo quòd mobilitas sit passio, siuè accidens: at dico quòd apponitur, & additur ipsi subiecto, adhoc vt declaret eius ratione formalem; Euadunt, dicentes quòd tunc sequeretur quòd mobilitas esset notior, quàm ratio for

malis

malis ſubiecti, quod abſurdum eſt aſſerere, cum hoc ſit contrà rationem formalem ſubiecti, quæ eſt vt nihil ſit notius ipſa in ſcientia: ideò dicunt, naturalem, vt ſignificent primum principium à quo fluit iſta mobilitas. Hancq; ſuam opinionem comprobant potiſsimum authorit. Ariſtot. 6. Metaph. text. 1. vbi habet hæc verba, Quoniam Phyſica ſciẽtia eſt circà quoddam genus entis, nàm circà ſubſtantiam, in qua eſt principium motus, & ſtatus. Addit in fine illius textus, Phyſica theoria quædam eſt, ſed theoria circà tale ens, quod eſt poſsibile moueri; et circà ſubſtantiam, quæ ſecundum rationem, ergò ſecundum Ariſtot. ſubſtantia in qua eſt principium mobilitatis, eſt ſubiectum Philoſophiæ naturalis, & tale principium mobilitatis in ſubſtantia, vocant ipſi, naturalitatem, ergò ſubſtantia natutalis, ſub ratione naturalitatis, eſt ſubiectum in Sciẽtia Naturali. Confirmant hoc idem ex verbis Auer. 2. Phyl. com. 3. in fine; & ſciendum quòd ſubiectum iſtius Libri eſt natura, & principia naturalia, quæ ſunt communia omnibus entibus naturalibus.

Sed contrà hanc opinionem argumentor; primò quia inter ipsos est discordia; Io. Canonicus voluit quòd substantia finita naturalis sit subiectum, modo exposito: Anto. Andr. dixit, quòd substantia naturalis, ita quòd illa particula, finita, sit additio superflua, quam tamen addidit Io. Canonicus propter ipsum Deum. quòd illa particula, finita, sit superfluè addita, probat Anton. Andr. quoniam Philosophia naturalis est scientia humanitus adinuenta, ergò necessariò determinabit de ente prædicamentali: sic substantia, quæ considerationis Philosophi naturalis substernitur, erit substantia prædicamentalis; at omnis substantia prædicamentalis est finita, cum nullum infinitum in prædicamento reponatur, ergò illa particula finita, est superfluè apposita: & Scotus ipse dixit substãtiam corpoream: eccè quàm maximè adinuicem sunt discordes à suo Doctore. Secundò principaliter argumentor; data veritate huius positionis, sequeretur quòd Angeli, & Intelligentiæ mouerentur, cum sint substantiæ naturales secundùm ipsos, & etiam secundùm men-

tem

tem Auer. 1. cœli com. 5. Consequens modò est falsum, (loquor nunc secundum doctrinam Aristot.) Nam secundum Aristot. motus est diuisibilis, modò si Intelligentiæ mouerentur, tunc motus esset indiuisibilis, sicut & ipsę Intelligentiæ; etiam si sic, tūc mouerentur in instanti, cum nihil ipsis resistat; at secundum Aristot. motus successiuè fit. accedit quòd omne mobile est corpus vt probatur ab Aristot. 6. Phys. & sicut suprà in opinione Diui Thomæ fuit declaratum. Amplius ex sētentia Aristo. 8. Phys. Omne, quod mouetur, diuiditur in partem motam, & mouentem; quarè omne tale erit diuisibile. Tertiò principaliter argumētor contrà illos; data veritate suæ positionis, sequetur quòd Angeli, & Intelligentiæ, quò ad eorum quiditates, considerarentur in Philosophia naturali, quarè tunc Philosophia naturalis non differret à prima Philosophia, quòd maximè est Aristot. repugnans 6. metaph. tex. 2. qui posuit tres habitus, hos adinuicem distinctos, Philosophiam Naturalem, Metaphisicam, & Mathematicam facultatem. Sed isti viderunt

hæc duo argumenta, quibus reſpondentes maximè damnant Ariſtot. Franc. de Maironis dixit Ariſt. fuiſſe Metaph. ignarum. qui ſic dicens, credo vnicuiq; eſſe ſatis perſpicuum, quàm iniquè culpet Ariſtot. melius fuiſſet illi dicere, Ariſtot. non ſenſiſſe ſuas opiniones. Et quantò iniuſtius dixerit ille Anton. Andr. in de Tribus principijs, dum dixit, Ariſtotelē, ſacrilegū inſufficienter, & erroneè tradidiſſe Philoſophiam Naturalem. Et peius Ioan. Canonicus q. 1. primi Phyſ. dixit quòd Ariſtot. ignorauit philoſophiam naturalem, propterea quòd non percepit Angelos moueri. quanta ſit horum temeritas, & audacia, vnuſquiſq; veſtrum, domini, benè percipit. non enim ab ipſo Scoto eorum principe hęc acceperunt, qui vbique ſemper Ariſtotelē magnifacit, nec vnquàm reperietis Albert. Magnum, nec Diuum Thomam huiuſmodi portenta euomere, & contra Ariſtot. has meras ineptias iniquo animo pronunciare; & hoc eſt ꝙ ſū ſolitus dicere; Melius eſſe inſequi in omnibus doctinam D. Thomę, quā Scotiſtarū. ſed hos nunc omittamus, & ꝓſequamur cō-

futare aliud dictũ istorũ; dixerunt quòd naturalitas est ratio formalis cõsiderãdi hoc subiectum. contra quos argumẽtor, & quæro; quomodò accipiant, naturale, vel accipiunt naturale, pro eo, quòd denominat; & si sic, tunc sumitur pro composito ex duabus naturis, scilicet ex materia, & forma; sic ipsum nõ poterit esse subiectum formale, cum subiectum per suam rationem formalem sit primò notum, vt ipsi dicunt, dum enumerant conditiones requisitas ad subiectum: At nulla substantia, siuè sit materia, siuè forma, siuè compositum est primò nota in Philosophia naturali, cùm quælibet per motum probetur esse, qui motus est notissimus in scientia naturali, & subiectum semper presupponitur. vel accipiunt, naturale, pro eo, quòd significat; & si sic, tunc naturale includit motum in se, importatq; id, quod ex se transmutatur: natura enim non imponitur rei absolutę, sed imponitur rei, quatenus est principium motus; sicut & hoc nomen, anima imponitur substantiæ, non absolutè, sed vt regit corpora, sicut dix. Auicena 6. Naturalium cap. 1. &

Auer.

Auer. 7. metaph. com. 5. dicens, Perscrutatus est Aristot. in Libris de Phys. Auditu de principijs corporis naturalis secundum quòd est naturale, idest, secundum quòd quiescit, aut mouetur; quarè si accipiant, naturale, hoc modo, pro eo quòd significat: patet tunc quòd mobilitas pertinebit ad rationem formalem subiecti, quòd tamen ipsi negant. Et si dixerint, per naturalitatem, intelligere quidditatem, & formalitatem ipsius substantiæ, per quam appropriatur ipsi substantiæ, vt sit subiectum motus, vel mobilitatis, & aliarum deniq; passionum naturalium, conuertibilium cũ tali substantia; de quibus considerat Philosoph. Naturalis, & sic per ipsam naturalitatem, describant rationem formalem nobis ignotam; contrà tunc sic instabo: Ratio formalis est p. cognita in Scientia, igitur implicat contradictionem, quòd sit ratio formalis, & quòd sit incognita, & quòd circum loquatur. quarè hunc dicendi modum omittamus, & insequamur hunc quartum, & vltimum, quem omnibus veriorem existimo; cum sit omnium Græcorum, immò

ipſius met Ariſtot. qui dixerunt Corpus naturale, quà naturale, eſſe Subiectum in tota Scientia naturali; & hoc eſt quòd diximus diffinientes Philoſophiam Naturalem; cũ diximus, eam verſari circà corpus naturale, quà naturale; ita quòd ſubiectum materiale ſit corpus naturale; ſubiectum verò formale, ſiuè modus conſiderandi, ſit quà naturale. Hanc opinionem eſſe veram, probo auctoritatibus Ariſto. Simplicij, & ratione; eſt prima auctoritas Ariſtot. 6. metaph. t. 1. vbi dixit, Philoſophiam Naturalem verſari circà ſubſtãtiam, in qua eſt principium motus, & ſtatus; at huiuſmodi ſubſtantia eſt corpus naturale: quam eandem ſententiam voluit Alexan. in expoſitione illius 1. tex. Idẽ 1. Cœli t. 1. habetur dum dixit, Scientia de natura ferè plurima verſatur circà corpora, magnitudines, horum paſsiones, & motus; & ideò Auer. ibidem dixit, quòd quilibet Artifex tenetur diffinire ſuum proprium ſubiectum; hoc idem ſenſit Ariſtotel. 2. Phyſ. t. 71. Quæ mouent, & mouentur ſunt phyſicæ conſiderationis: talia autem eſſe corpora vnicuiq; conſtat. Simplicius

quoq; hic in suo prooemio dixit, totam Philosophiam Naturalem contemplari res naturales, quæ sunt corpora. Auer. etiam hic in suo prooemio fuisse videtur huius opinionis, dum dixit res sensibiles, in eo quòd trãsmutabiles, esse subiectum; Licet Auer. in varijs philosophiæ locis, varijs nominauerit nominibus hoc subiectum, cum de nominibus non fuerit solicitus; sicq; videtur fecisse quæstionem hanc difficiliorem: hic in prooemio, dixit, res sensibiles in eo quòd transmutabiles, esse subiectum; dixit ens mobile 4. Metaph. com. 1. & 7. & 12. met. com. 5. dixit res mobiles, 6. Metaph. com. 2. dixit res naturales; 6. metaph. comm. 1. dixit substantiam mobilem 12. metaphis. com. 6. & 7. metaph. com. 5. dixit substantiam sensibilem, substantiam naturalẽ, corpus naturale, 7. metaph. com. 5. Quarè corpus Naturale erit subiectum. Nec quis debet admirari, si Auer. sic diuersimodè vocauerit hoc subiectum, quia vt dictum est, nomina sibi curæ non fuerunt: nec de nominibus quis debet esse solicitus, cum de re ipsa constat. Rationibus deniq; probo Cor-

pus

pus naturale, quà naturale eſſe ſubiectum; & argumentor ſic, Illud eſt ſubiectum, dico formale, cuius principia, & cauſæ inquiruntur, hæc eſt ſententia Ariſt. 4. Diuin. t. 1. at principia, & cauſæ corporis naturalis in ſciẽtia naturali inquirũtur, nam inquirit materiam, formam, ergò; Præterea illud eſt ſubiectum cui conueniunt conditiones requiſitæ ad ſubiectum; at corpus naturale, gaudet huiuſmodi conditionibus; nã eſt notiſsimum, & adeò notiſsimum, quòd deſpicit ipſum ſupponere eſſe 1. Cœli; eſt vnum analogicè: partes etiam eius, & paſſiones conſiderantur: principia quoq; eius inquiruntur: & hæ erant tres conditiones illæ, quibus ſubiectum gaudet. in ſequenti diſſoluemus rationes in oppoſitum.

LECTIO VIII.

POst quam adiuuante Deo vidimus Latinorum opiniones in qu. propoſita de ſubiecto Philoſophię Naturalis; quidquè eſſet aſſerendum ſecundum mentem Græcorum, & Ariſtot. determinauimus

minauimus: restat respondere ad argumenta in oppositum, quibus quis determinationem factam posset perturbare; quæ vt facilius è medio tollantur, duo veniunt adnotanda; & primò quid sit hoc corpus naturale, quod esse subiectum statuimus; secundò quę sit eius prima passio. Ad primum propositorum; dico quòd Corpus secundum doctrinam Alexand. Aphrodisei 1. quæst. naturalium cap. 2. est duplex; aliud Mathematicum, & hoc nil aliud est, quàm trina dimensio, considerata sine materia. aliud est corpus naturale, & hoc nil erit aliud, quã compositum ex materia & forma cuius affectiones sunt quantitas, & qualitas, & reliqua talia. ex his constat quid sit hoc Corpus naturale: notum etiam vnicuiq; est, nõ dari illud Corpus Metaph. quod sibi finxit Albertus Magnus, cuius positionem suprà impugnauimus, confutando hoc fundamẽtum suum de corpore metaphisico. Est modò videndum quæ sit prima passio conueniens corpori naturali. pro quo notare debetis, domini; quòd aliquam passionem dici primam, & primò conuenire subiecto,

contingit

contingit altero duorum modorum; vel quòd conueniat ipsi subiecto primò, secũdum naturam rei; vel primò, videlicet, quò ad nostrum modum considerandi. Si loquamur de passione prima, primo modo dicta, scilicet, quo ad rei naturam, quæ primo cõuenit ipsi corpori: tunc dico quòd prima corporis naturalis passio est ipsa trina dimẽsio; nam primò secundum naturam rei, hæc trina dimensio conuenit ipsi corpori, quàm ipsa mobilitas; & hoc declaro, nam corpus naturale, semper est primò triṇè dimẽsionatum, anteaquam moueatur: & quia trina dimensio est quãtitas, mobilitas est qualitas; at quantitas semper est prior natura ipsa qualitate, ergò &c. si verò loquamur de passione prima, q̃ respectu nostri modi cõsiderandi primò conuenit ipsi corpori naturali; Sic dico, quòd mobilitas est eius prima passio; quia corpus dicitur naturale, quatenus habet ipsam naturam, quæ natura est principium motus, & quietis; & mobilitas potius dicetur prima passio corporis naturalis, quàm ipsa quies; licet motus, & quies insint corpori naturali; hac ratione

quia

quia motus est habitus, quies autem est priuatio; At priuatio semper præsupponit habitum; accedet quòd esse mobile est quid cõius, quã esse quiescibile, nã omne corpus quiescibile est etiã mobile, sed non ecõtrà, qa cælũ nõ est quiescibile: quarè ipsa quies nõ sic dicetur prima passio, cũ nõ cõueniat oĩ corpori in Philosophia naturali considerato, sicut ipsa mobilitas; ob hoc tamen nõ excludo ipsam quietem; Quibus declaratis, restat respondere rationibus in cõtrarium.

¶ Dicunt, illud corpus est subiectum in Philosophia naturali, quod diffinitum fuit ab Aristot. 1. Cœli ad principium; at ibi diffinit Corpus mathematicum, ergò. probant minorem, quia Aristot. dixit Corpus est, quod est diuisibile omniquaquè; quæ definitio conuenit corpori mathematico vt patet. Amplius dicunt, Si corpus naturale esset subiectum in hac scientia naturali, tunc rueret dictum Aristot. 6. Diuin. contex. 3. dicentis, Si non essent substantiæ abstractæ, Philosophia Naturalis esset prima Philosophia, deducunt consequentiã, quia ponamus quòd substantiæ abstractæ non

ſint ob hoc Philoſophia naturalis non erit prima, quia poterimus conſiderare corpus naturale ſub ratione quà eſt ens; quæ talis conſideratio eſt ipſius primę Philoſophiæ; Confirmant hoc argumentum, quia ablatis ſubſtãtijs abſtractis, remanet adhuc corpus quantum, quòd eſt prius corpore naturali, quia abſtractum eſt prius non abſtracto: ergò Mathematica facultas, quæ conſiderat hoc corpus quantum, erit prior Philoſophia naturali. Præterea ſubiectum debet eſſe vnum, at corpus naturale non eſt vnum, cum non conueniat vniuocè corpori cęleſti, & corporibus iſtis inferioribus; ergò non erit ſubiectum. Præterea, conſideratio ſubiecti in ſcientia propria debet eſſe perfectiſsima; ſed conſideratio corporis naturalis, quà naturale, non eſt perfectiſsima, cum ſit relatiua, & non abſoluta, ergò. Amplius vel illud, quà naturale, eſt quid intrinſecum ipſi corpori, vel quid extrinſecum; ſi quid intrinſecum, ergò committetur nugatio: ſi quid extrinſecum, tunc erit vnum per accidens. Vltimò, ſubiectum debet adęquari omnibus conſideratis in ſci-

entia; in qua est subiectum; sed corpus naturale non adæquatur omnibus consideratis in Philosophia Naturali, cum Philosophus naturalis consideret multa, quæ non sunt corpora, quæ nec etiam mouentur: sicut materia, & forma, anima, locus, & alia hujusmodi; quæ non sunt corpora, quæ tiã non mouentur. quibus argumentis per ordinem satisfacio. Fuit primum, illud corpus est subiectum in Philosophia naturali, quod definitum fuit ab Aristot. primo Cœli; at ibi definiuit corpus metaph. neganda est hæc propositio: ad probationem cum dicitur, esse diuisibile omniquaq; conuenit corpori mathematico. Dicẽdum quòd etiã conuenit corpori naturali, vt coincidit cũ corpore mathematico; nam corpus naturale etiam est trinè dimensionatum, quæ trina dimensio licet non sit essentia corporis naturalis: consequitur tamen ad essentiã ipsius; quarè concedendum erit Aristot. ibi non definiuisse corpus naturale, quà naturale, quia per illam definitionem non declaratur principaliter essentia ipsius: sed benè definiuisse corpus naturale vt coincidit

cum mathematico. Clariúsq; dicatis, domini, quòd Corpus naturale duobus modis potest definiri: vel per eius essentiam, vel per id, quod consequitur ad eius essentiam; primo Cœli Aristot. definiuit corpus naturale non per eius essentiam, sed benè per id, quod consequitur ad eius essentiam. & si quis quęrat causam quarè potius diffinierit ibi corpus naturale, per id, quod consequitur ad eius essetiam, quàm per eius essentiam. dicatis, quia illa definitio erat clarior diffinitione corporis, data per eius essentiam. Erat secundum argumentum, data veritate huius positionis; rueret dictum Aristo. 6. Diuin. t. 3. Si non essent Substantiæ abstractæ Naturalis Philosophia esset prima. negatur consequentia; deducebatur, quia posito casu quòd non sint, tunc Naturalis Philosophia non erit prima, cum adhuc possimus considerare corpus naturale, sub ratione quà ens, quòd erit munus Metaph. Notetis, domini, quòd doctissimus Zimara in suis Thorematibus in theoremate. iii. examinās hanc propositionem, dixit, Aristot. locutum fuisse probabiliter,

&

& ad hominem; quam solutionem non laudo, quia Aristot. eandem habuit sententiā 11. Diuin. quarè non videtur credendum, quòd vbiquè locutus fuerit Aristot. ad hominem. Quarè dicerem, probationem non valere; quia consideratio corporis naturalis sub ratione entis, erit posterior consideratione corporis naturalis, sub ratione quà naturale: cum illa sit communis hęc verò sit propria. Ad aliam confirmationem, dico, quòd abstractum, videlicet secundum esse, est prius non abstracto; at corpus quātum, licet sit abstractum, non tamen secundum esse, sed secundum considerationem; ideò erit posterius corpore naturali, & sic mathematica erit posterior ipsa Naturali Philosophia. Fuit tertium argumentum, Subiectum debet esse vnum; dico quòd corpus naturale est vnum ad corpus cęleste, & ad hęc corpora inferiora analogicè, & hoc sat est, ad hoc quòd possit esse subiectum, sicut suprà fuit declaratum; dum assere bamus conditiones requisitas ad subiectum. Dicebatur vlterius cōsideratio subiecti debet esse perfectissima, hæc nō, cū sit respecti

na; facilis est solutio, quia dicam, quòd cõsideratio corporis naturalis, quà naturale, per se, & formaliter loquendo est absoluta; at concomitanter est relatiua, cum illa particula, quà naturale, non ob aliud apponatur, nisi vt explicetur ratio formalis, siuè modus considerandi hoc corpus naturale: quarè p corpus naturale, quà naturale, nil aliud intelligere debemus, quàm quandam naturam, quæ cum careat vno nomine, nec vnico vocabulo possit exprimi, quia vltimæ rerum differentiæ sunt nobis incognitæ; ideò pluribus nominibus explicatur. Similiter ad aliud argumentum erit respondendum, in quo dicebatur; Vel illud, quà naturale, est quid intrinsecum, vel quid extrinsecum: dico quòd est quid intrinsecum, ob hoc negatur quòd committatur nugatio; quia non apponitur illa particula, nisi vt explicetur ratio formalis, qua cõsideratur corpus naturale in Philosophia naturali. fuit vltimum argumentum, Subiectum debet adæquari omnibus cõsideratis in scientia. Dico quòd subiectum debet adæquari omnibus consideratis in scientia, non

ad hunc sensum, ita quòd de omnibus illis prædicetur in recto casu; sed debet adæquari, idest, omnia considerata debēt habere attributionem ad illud; & sic est in proposito: nam licet materia, forma, anima, non sint corpora naturalia, sunt tamen principia corporum naturalium; licet etiam sint immobilia, subijciuntur tamen motui, vt materia, locus; vel sunt principia motus; quarè ad corpus naturale habebunt attributionem, & illi æquabuntur. & ex his satisfaciam etiam rationibus aliarum opinionum. Et primò rationibus Alberti, quibus probauit corpus mobile esse subiectum. Dico quòd omnes eius rationes concludunt, corpus mobile esse subiectum, pro vt, illud mobile, circũscribit naturale; sicq; suæ rationes faciunt pro nostra opinione; quòd patet, cum tale corpus mobile non possit esse nec corpus mathematicum, nec corpus metaph. quarè ex necessitate erit corpus naturale; & potius dicimus naturale, quàm mobile, vt significetur ratio formalis, à qua dependet ipsa mobilitas. Similiter erit dicendum ad rationes Scotistarum,

quibus

quibus probant, Substantiam naturalem esse hoc subiectum, quòd per substantiam naturalem intelligunt Corpus naturale, eo quia intelligunt substãtiam, in quã est principium motus, & status, quæ huiusmodi substantia est corpus naturale. Solum remanet opinio Diui Thomæ declaranda. Pro quã uolo vobis vnum adnotare; quòd communiter dicitur: Ens mobile esse subiectũ in Philosophia Naturali secundum opinionem Diui Thomæ, & in principio huius quæstionis dum adduxi eius opinionem, insecutus alios, sic quoq; ego dixi; nunc magis considerans eius dicta, dico quòd ipse voluit corpus mobile esse subiectum in Philosophia naturali, & non Ens mobile, sicut etiam superius adnotaui, afferendo duas contradictiones in ipso Diuo Thoma. nam primo Cœli in procemio dixit corpus mobile: non dico quod Diuus Thomas sibi ipsi contradicat, sicut quidam ei imponunt, vt Petrus Pomponatius, & eius sectatores, dicentes; quòd senio confectus mutauit sententiam & ideò 1. Cœli dixit corpus mobile esse subiectum: non audeo vllo modo dice-

An ens mobile sit subiectum totius Philosophiæ naturalis secundum D. Thomam.

re hoc, quia hoc non est imponendum tanto Doctori. Nec volo dicere, sicut alij quidam dixere, ipsum locutum fuisse ex sententia aliorum; solutio hęc nimis friuola est, cum manifestè asserat corpus mobile esse subiectũ; satius fuisset dicere ipsum sectatũ fuisse Simplicium, cum sua interpretatio sit veluti traductio Simplicij. Sed dico quòd Diuus Thomas dixit Corpus mobile esse subiectum, & etiam Ens mobile simpliciter. Sed tunc venit aduertendum, Philosophiam naturalem esse in duas partes distributam, in partem videlicet Intellectiuam, & in partem Scientificam; partem Intellectiuam illam voco, in qua tractatur de principijs, quę cognoscuntur intellectu; quam partem vocabimus, scientiam, communiter loquendo, eo modo, quo de ipsis principijs potest haberi scientia. partem verò illam voco Scientificã, in qua conficiuntur demonstrationes de principijs anteà cognitis, & de subiecto demonstrantur variæ passiones. Quã distinctione stante, dico Diuum Thomam voluisse corpus mobile esse subiectum, in parte videlicet scientifica Philoso-

losophię naturalis, seu in parte in qua agitur de principiatis; at ĩ parte intellectiua, ĩ qua agitur de principijs voluit ens mobile simpliciter esse subiectũ, non autẽ corpus mobile; quòd hæc fuerit mẽs D. Thomæ, ostẽdo p eius verba hic in Procemio Phys. quę sunt hæc: Hic aũt liber Physicorũ, qui de Physico auditu dicitur, siuè de Naturali auditu, qa per modũ doctrinę ad audiẽtes traditus fuit, cuius subiectũ est ens mobile simpliciter. hæc sunt eius verba, q̃ manifestè demonstrãt ens mobile simpliciter esse subiectũ in his libris dephysico auditu, secundũ eius ꝓpriã mẽtẽ. quòd expressè etiã ex verbis subsequentibus colligitur, in quibus affert rationem sui dicti; dicens; Non dico autem Corpus mobile simpliciter, quia omne mobile esse corpus probatur in isto libro; nulla autem Scientia probat suum subiectum. per quę verba manifestè significat Ens mobile simpliciter esse subiectum in istis libris, Corpus verò mobile non; ob hoc nõ negat,, quin corpus mobile sit subiectum in tota Philosophia naturali, quæ agit de principiatis: Hoc idem clarè habetur à

Diuo Thoma, in principio lectionis secundæ, super.t.6. qui diuidens partem executiuam, eam diuidit in duas, in quarum prima agit de principijs vniuersalibus scientiæ naturalis: in secunda de ente mobili in communi, & addit, de quo intẽdit in hoc libro. Ad hoc autem vt ista determinatio reddatur dilucidior, volo vobis etiam hoc adnotare in verbis Diui Thomæ; quòd antequã ipse Diuus Thomas diceret ens mobile simpliciter esse subiectum in his libris de Physico auditu, semper vsus fuit istis verbis, ens mobile, non apponens simpliciter; quæ dictio, simpliciter, reddit ipsum ens mobile vniuersalius: cum autem conclusit quod esset subiectum in his libris de physico auditu, dixit ens mobile simpliciter; & tunc sensus est, ens mobile simpliciter, idest acceptum pro quocunque ente; & sic semper addidit illam particulam, simpliciter, vt denotaret subiectum horum Librorum esse vniuersalius. Quarè mihi videtur rectiùs esse dicere ad mentem Beati Doctoris (aliorum pace dixerim) Ens mobile simpliter esse subiectum in scientia naturali, quę

agit de principijs, ſeu in parte intellectiua; quæ continetur in iſtis octo Libris de Phyſico auditu: at in parte ſcientifica, ſeu quæ agit de principiatis, Corpus mobile. & ſic non ſibi erit contrarius Sanctus Doctor, nec locutus erit ad mentem aliorum; immò ſecundum propriam, & ſic ſoluentur contradictiones in eo adductæ. At dicet ille, qui fieri poterit, quòd ens mobile ſimpliciter ſit ſubiectum in his libris de Phyſico Auditu, quia ſi ſic; tunc hi libri, qui ſunt pars Philoſophiæ naturalis, habebunt ſubiectum cõmunius, & vniuerſalius, quàm habeat tota ſcientia; & ſic ſubiectum partis ſcientiæ, eſſet vniuerſalius ſubiecto totius ſcientiæ; quòd ſatis abſonum eſſe videtur. Reſpondeo, quòd pars totius ſcientiæ eſt duplex, quædam eſt, quæ dicitur pars, quia tractat de principijs; altera eſt pars, quæ tractat de principiatis; illa quidem pars, quæ principiata contemplatur, non poteſt habere ſubiectum vniuerſalius; illa verò, quæ principia conſiderat non inconuenit vt ſuum ſubiectum ſit vniuerſalius; nam cum principia ſint communiora

omnibus

omnibus, quæ sunt in scientia, nihil mirum debet esse si subiectum libri, in quo ipsa contemplantur, sit vniuersalius subiecto totius scientiæ. Et ex his erit manifesta solutio ad argumentum Diui Thomæ contra Albertum. Nulla scientia probat suum subiectum, Corpus mobile esse probatur, ergò non erit subiectum. quam non amplius repeto, subiectum enim in parte scientiæ de principiatis, non potest probari; at benè in parte, quæ agit de principijs. Qua determinatione, stante, tunc Diuus Thomas nostræ opinioni non erit contrarius, sicut nec Albertus, vt suprà fuit satis declaratum; omniaquè alia argumenta contra ipsum adducta, de facili tollentur. Quarè sit finis huius quæstionis ad laudem Iesu Christi, ac Virginis Marię. Reliquum esset de vsu, ac vtilitate huius Philosophiæ Naturalis me verba habere; quam, bona venia, domini, omittam. cum quilibet vestrum has vtilitates videre poßit à simplicio hic in suo pœmio: & ab Auerroe; qui ferè omnia accepit à Simplicio. quarè ne in his vos diutius, quàm par est, detineam; ea in lectione sequenti

quenti aggrediar, quæ facilem parant aditum ad Libros hos de Phiſico Auditu, quos expoſituri ſumus.

LECTIO IX.

NARRATIS principijs cõmunibus totius Philoſophiæ Contẽplatiuæ,& Philoſophiæ Naturalis, quam profitemur,quæ ab initio propoſueramus;tempus iam eſt, vt oratio noſtra ſe conferat ad ea, quæ facilem præſtant aditum ad hos libros de phyſico auditu. Græcos imitatus ſex capita proponam dilucidanda: quorum primum erit de intentione, ac ſcopo principali Ariſtot. in iſtis libris. Secundum quo modò inſcribantur. Tertium de ordine horum librorum ad alios Philoſophiæ naturalis libros. Quartum quommodo diuidantur. Quintum vtilitatem. Sexto,& vltimo loco. Nomẽ auctoris declarabimus. quæ omnia etiam à Simplicio hic pertractantur; quibus breuiter dilucidatis, ad expoſitionem verborum textus me conferam.

Aggredior primum quæſitum de intentione

tione Aristot. in istis libris. Necessitatem istius capitis suppono omnibus manifestam, & præcipuè ex declaratis ab Alexan. Aphrodis. in sua prefatione ad primum librum Priorum Aristot. Omitto etiam varia significata istius nominis, intentio, de quibus satis in lectionibus domi habitis dictū est. s. quòd intentio interdum sumatur pro consilio scribentis; quandoquè pro enumeratione eorum, quę pertractātur pricipaliter in aliquo libro, quomodo accepit Aristot. intentionem in primis suis verbis libri Perhiermenias, & in primo de Cœlo & Mundo, etiam in primis verbis; & multa alia significata omitto. Sed dico quòd cū quærimus intentionem Aristot. Sermo est de intentione, idest, de eo, quòd consideratur in istis libris. ac de modo, quo consideratur: quòd communiter ab Expositoribus Latinis subiectum formale dicitur. In qua Quæstione duos principales dicendi modos reperio; Primus est omnium ferè Latinorum (excepto Diuo Thoma) qui dixere, Corpus mobile consideratum sub rationibus communibus esse hic subiectum.

Quid sit subiectū in libris Physicorum.

quorum

quorum potissimum fundamẽtum fuit. Subiectum totius debet fieri subiectum partis, per aliquam differentiam ipsum contrahentem: sed Corpus mobile est subiectum in tota Philosophia naturali; ergò. probãt maiorem propositionem, nam si subiectum totius non contraheretur per aliquam differẽtiam in scientia partiali; tunc sequeretur, quòd scientia partialis esset eadem cum scientia totius, quòd est absurdum: minorem supponunt manifestam, quarè sequitur, dicunt, Corpus Mobile sub rationibus communibus cõsideratum, esse in istis libris subiectum. confirmant argumentum, quia sicut Syllogismus simpliciter est subiectum totius Logicæ, & etiam in libris Priorum, similiter de Corpore mobili erit dicendũ. Sed contra hunc dicendi modum argumentor; primò hic modus repugnat omnibus Gręcis, Themistio, Io. Gra. Simplicio, ergò falsus. amplius, sic dicentes Auerroi repugnant 2. Phys. com. 3. & 3. Phys. com. 2. vbi dixit; naturam, & principia naturalia communia, & motum; esse subiectum in his libris; & sub motu comprehendit Auer.

reliqua

reliqua accidentia communia. Sed dicet ille hæc argumenta non valere, quia illi fuerunt illius opinionis, mihi autem curæ non sunt eorum dicta. ideò fortius argumentor; & dico hunc dicendi modū repugnare Aristot. ergò esse falsum. assumptum probo, primò, Aristot. in 1. tex. huius primi libri proponens suam intentionem, dixit: quarè de principijs scientiæ, quæ de natura, tentandum est determinare; & 1. Cœli t. 1. dixit, Scientia de natura ferè plurima versatur circa corpora, & magnitudines, & quę sequuntur: ex quibus patet, quòd Aristot. non agit de corpore, nisi vsquè ad illum locum. amplius in vltimo tex. 1. Phys. epilogans vsq; ibi determinata, dixit; Quòd quidem igitur sint principia, & quæ, & quot, iam est determinatum. nullum habuit verbum de corpore mobili. accedit etiam Aristot. auctoritas in primis verbis 1. lib. Meteoror. epilogans vsque ibi determinata, dixit, De primis quidem igitur causis naturæ, & de omni motu naturali, & quæ sequūtur: nullum penitus verbum habuit de corpore mobili, ergò, addas, quòd Aristot.

hos libros citans, semper eos sub nomine de principijs, vel de motu citauit, & non de corpore mobili. addas etiam, quòd isti libri inscribuntur de principijs, & inscriptio (vt in pluribus) manifestat intentionẽ; dixi, vt in pluribus, quia quandoquè quid aliud dicet; vt dicam explicando inscriptionem horum Librorum; quarè corpus mobile non erit subiectum. Fundamentum huius positionis, etiam parui est roboris, assumunt enim maiorem propositionem falsam; Et si dicas, non ne subiectum in libris de Cœlo & mundo est corpus mobile ad vbi: In libris de Generatione, & Interitu corpus mobile ad formam, & sic de alijs? ergò subiectum totius fiet subiectum partis per differentiam ipsum contrahentem. adhuc negandum est antecedens. dices, partes continentur sub toto; ergò & partes Philosophiæ naturalis, sub tota Philosophia naturali: ergò subiecta partium Philosophiæ naturalis continebũtur sub subiecto totali eiusdem, ergò subiectum totius fiet subiectum partium. hæc vltima consequẽtia semper erit neganda; benè erit concedendum,

subie-

subiectum partiale contineri sub totali, & quòd ad illud habeat reductionem. at quòd subiectum totale debeat fieri subiectũ partis, per aliquam differentiam ipsum limitãtẽ; hoc negatur; & do exẽp. Nõ ne per illorũ dicta, Syllogismus simpliciter est subiectũ in tota Logica? & tamen non fiet subiectũ in lib. Per hyerm. per aliquam differentiam ipsum contrahentem; cum illius Libri subiectum sit ipsa Enuntiatio. ad confirmationem, dum dicunt; Syllogismum simpliciter esse subiectum in tota Logica, & in Libris Priorum; admisso antecedenti, de quo nunc non intendo disputare; nego quòd Syllogis. simpliciter, prò vt est subiectum in tota Logica, sit etiam subiectum in libris Priorum; quia alio, & alio modò accipitur hic, & ibi simpliciter. cum enim dicitur; syllogismum simpliciter esse subiectum in tota Logica, accipitur, simpliciter, prò vt idem est, quòd vniuersaliter, seu absolutè. in libris verò Priorum Syllogismus simpliciter idest incontractè sumptus, non limitatus ad aliquam materiam propriam, dicitur subiectum, quarè est æquiuocatio in il-

nionem esse veram, satis constat ex aucto- ritatibus, & rationibus contra Latinorum opinionem adductis, quas rationes gratia breuitatis omitemus.

Sed ad hoc vt veritas hęc magis elucescat, soluendæ veniunt rationes, quæ hanc determinationem factam possent perturbare; Dicet ille; illud est subiectũ cuius principia, partes, & passiones considerantur: at principiorum principia non inquiruntur, ergò accedit quòd subiectum in sciętia debet esse vnum; at hæc principia, & motus non sunt vnum, ergò: addet ille, quòd Simplicius, & Auer. in prooemio suo quilibet dixit. Aristot. intentionem esse, docere causas cõmunes oĩum rerum naturalium; quas Auer. enumerans dixit, materiam, formam, finem, & efficientem. Vltimò dicet ille, nulla scientia probat suum subiectum esse. at Aristot. probat hic principia esse, nempè materiam, & formam: quòd fit maximè notum ex vlti. tex. 1. Phys. vbi epilogans, dicit; Quòd igitur principia sint, & quę, & quot numero, sit hucusq; determinatum; Si ergò epilogat se probasse princi-

pia esse, ergò non sunt subiectum.

Satisfacio omnibus per ordinem; cum primò dicitur; illud esse subiectum cuius principia &c. Vera est hæc propositio de subiecto scientiæ totalis, at de subiecto sciẽtiæ partialis non verificatur. Similiter respondetur ad secundum argumentum; in quo dicebatur; Subiectum in scientia debet esse vnum. Verum est in scientia totali; at in sciẽtia partiali, possunt poni plura subiecta: quorum principia non considerabuntur; quæ plura subiecta habebunt attributionem ad vnum, nempè ad subiectum adæquatum, & sic est in præsenti. Fuit tertium argumentum. quia Simplic. Auerr. quilibet in suo proœmio &c. dico quòd locuti sunt de subiecto, pro enumeratione omnium, quæ in scientia declarantur; at non de subiecto, pro enumeratione eorum, quæ principaliter, & per se considerantur. Dicet iste, nonnè ita agit de efficiente, & fine, sicut de materia, & forma? ergò de omnibus causis intendet. negandum est quòd eodem modo agat de efficiente, & fine: sicut de materia, & forma; quia tractans de

materia, & forma; declarat rem, quę est materia, & forma; at non declarat rem, quę est efficiens, & finis, agens de his; quarè non eodem modo de his, & illis pertractabit. Eodem modo ad vltimum venit respondendum; ad formam argumenti principalis negatur minor: ad probationem illius, dicendum; quòd illa probat, formaliter, at non materialiter, immò illa supponit esse; sed quæ sit illa res, quæ est materia, & quæ forma, hoc est quod declarat. Sed tunc quis instabit contra hanc solutionem; dicetquè materia, & forma sunt partes subiecti; at partes subiecti nullo modo possunt probari; & præcipuè secundum Auerrois doctrinam, ergò &c. Domini, qui dicunt partes subiecti nullo modo posse probari, hi debent huic argumento satisfacere; qui verò tenent oppositum, de facili euadent, dicẽtes, quòd partes subiectiuæ possunt probari, nempè à postoriori. at dicet ille, si vellem Auerr. doctrinam insequi; quid esset mihi respondendum ad hoc argumentum? Sciendum est tunc, quòd Auerrois sibi ipsi in hoc quæsito est inconstans, & contrarius;

An partes subiecti possint probari in scientia.

rius; nam 2. de Anima, 27. dixit quòd partes subiectiuæ nullo modo possunt probari, sicut nec ipsum subiectum; at in 4. de Cœlo & Mundo, 32. dixit Auer. Aristot. probare ignem esse, & addit partes subiectiuas probari posse, & præcipuè si latuerint, sed hoc rarò contingit. Sed ad huc ille instabit; si partes subiectiuæ possunt probari, & præcipuè cum latuerint: quid ergò habebit Auerroes in vlti, suo com. 1. Phys. contra Auicenam, qui ponebat substantias abstractas esse subiectum in metaph. & Auerroes instat contra ipsum, hoc argumento; quia nulla scientia potest probare suum subiectum; Auicenna tunc de facili euadet hoc argumentum; & dicet, quòd substantiæ abstractæ sunt partes subiectiuæ subiecti Metaphisices, quæ possunt probari esse à posteriori, & præcipuè si lateant; quarè Auer. nihil contra Auicennam habebit. Aliqui volentes hoc argumentum euadere, dixerunt: partes subiectiuas esse in duplici differentia; quædam sunt principales, quę coincidunt cum principijs ipsius subiecti; quædam sunt minus principales: tunc dicunt

eunt

cũt quòd partes subiectiuæ principales nullo modo possunt probari, nec à priori, nec à posteriori; si verò sint partes subiecti minus principales, sic à posteriori possunt probari, & sic euadunt contradictionem in Auerroe. quæ responsio non tollit argumentum Auicennæ contra Auerroem; quia Auicenna dicet ad argumẽtum Auerrois, quòd substantiæ abstractę sunt partes subiectiuę, sed minus principales, quæ tamen possunt probari. Amplius, quæcunque partes subiectiuæ fuerint, seu principales, seu minus principales, vt ipsi dicunt, omnes sunt species subiecti; at omnes species æqualiter continẽtur sub suo genere: si sic, sicut ergò illę non possunt probari; sic nec hæ, quæ minus principales ab ipsis dicuntur. Ideò dicendum erit, sicut prius fuit dictum, quòd loquendo de partibus subiectiuis an possint probari, nec nè, secundum Auerrois doctrinã; quòd Auerroes sibi fuit incõstans: non enim ita debemus esse addicti doctrinæ Auer. vt pro eo mentiamur, & falsa dicamus. Ad argumentum autem contrà ipsum adductum quòd fuit, quod ipse nihil

habebit contrà Auicēnam; dicendum est, quòd sic, eo quia secundum Auicen. substantiæ abstractæ sunt subiectum in Metaphisica, nequaquam sunt partes subiectiuæ. & si dicas; immò secundum Auicēnam erunt partes subiectiuæ. Si ita dixeris, erit tunc dicendum; quòd duplex est Metaphisicus, alius quo ad duodecimum librum tantum: alius est Metaphisicus respectu omnium librorum. Metaphisicus duodecimi libri contemplatur substantias abstractas, & sic substantiæ abstractæ sunt subiectum illius principale; Metaphisicus verò quo ad totalem illius scientiæ ambitum, considerat ens, vt ens; & tunc substantiæ abstractę erunt partes subiectiuæ subiecti considerati à Metaphisico, respectu omnium librorum. quæ substantię abstractę non poterũt probari, nisi per viam motus, sufficienter; quarè solius Naturalis Philosophi erit munus illas esse probare; et si aderit alia à motu via, omnis talis erit insufficiens, & petet principium: nam non valet sic arguere, datur ens dependens, ergò & ens independens; hęc est leuis probatio, & consideranti

ti patet, quòd petit principium, quia similiter iste negabit dari ens dependens, quòd si volueris probare, necesse erit via motus vti. Sed de hoc aliàs. In sequenti declarabimus inscriptionem, & alia prosequemur capita.

LECTIO X.

VT facilis esset aditus ad sensum verborum Aristot. percipiendum, sex illa capita, quę à Simplicio quoquè hic in suo explicantur procemio, nos dilucidanda proposuimus; quorum primum iam assecuti sumus, nempè quæ Aristot. esset intentio in istis libris de Phys. Auditu: Prósequor ad secundum, quod fuit de inscriptione: quod caput est maximè necessarium, cum secundum Græcos inscriptio vt in pluribus explicet intentionem; dico, vt in pluribus, quia quandoquè quid diuersum ab intentione denotat. Reperio tres horum librorum inscriptiones; Prima est Libri de Principijs. Secunda est de Principijs, & de Motu. Tertia quæ communiter habetur,

Quomodo hi libri sint inscribendi.

est Libri de Physico Auditu. Prima inscriptio denotat intentionem principalem, quæ est de principijs. Secunda explicat omnia ea, quę hic considerantur; & quia principaliter de principijs, secũdariò de motu; ideò de principijs primò inscribuntur, posteà de motu. Tertia inscriptio dicit difficultatem, & ordinem; ideò venit declaranda. Simplicius eam declarans, dixit hoc opus sic fuisse inscriptum, de Physico Auditu, quia Aristot. pertractat de his, quæ communiter insunt omnibus rebus naturalibus, quà naturales sunt; ideò huic libro imposuit nomen commune, de physico auditu. dixit de auditu, quia hic liber compositus est in præceptionem, & auscultationem aliorum librorum. Auer. videtur alio modo hanc inscriptionem declarare, & rectè; & dixit quòd sic inscriptus est, de physico auditu, idest, de sermone naturali. Et si quis quærat, quarè magis dixit de auditu, quam de sermone? dicit Auer. quòd hoc fecit ad delectationem, quia mutare nomina imperfecta, in nominibus perfectis, quæ eandem rem significent, habet delectationem;

&

& sic est in proposito, nam accidit ipsi sermoni, vt audiatur. etiam si quis obijciat, à simili ergò alij libri philosophiæ naturalis poterũt inscribi de sermone naturali, idest, de auditu, cum similiter ipsis accidat, vt audiantur: dicit ipse quòd profectò ita est, quia hoc nomen & alijs etiam est commune; at huic libro hoc nomen appropriauit, cùm inter alios sit primus, radixquè, & aliorum principium: ideò dictum est hanc inscriptionem ordinem significare. hos duos declarandi modos insequor cum recti sint, omitto nunc dicta Alberti, AEgidij, & aliorum Latinorum gratia breuitatis. Ex his, quomodo isti libri diuidantur, quisquè sit eorum ordo, satis constabit vnicuique; diuisi erunt in duas partes, in partem nempè de principijs, & in partem de motu: & ideò inscipti fuere & de principijs, & de motu: hinc est quòd Aristot. in primis verbis primi libri Meteororum, dixit; De primis quidem igitur causis, ac de omni motu, dictum est: & hinc est, quòd Aristot. hos libros citans, dicere solitus est; Sicut dictum est in his, quæ de principijs; vel sicut dictum est

Quomodo hi libri diuidãtur.

in his, quæ de motu. Prima autem pars, quæ est de principijs, continetur sub quinque primis libris; pars verò quæ est de motu sub vltimis tribus, vt placuit ipsi Simplicio in principio 5. lib. Phys. licet Porphirius (vt ibidem declarat Simplicius) voluerit partem de principijs contineri sub quatuor primis, sub alijs quatuor vltimis partem de motu: cui opinioni Io. Gram. subscribit. vtraque opinio potest tueri; at illa Simplicij est rectior, quia Aristot. in 3. libr. proponens ea, quæ intendit in lib. 4. subsequenti explicare, enumerat etiam ea de quibus in 5. at ea, quæ tractat in 4. omnia explicat in gratiam definitionis Naturæ, quã tradidit in 2. quarè sicut tertius, & quartus liber continetur sub parte de principijs; sic & quintus sub ea erit parte reponendus: & licet ibi in quinto distinguat motum à mutatione, & diuidat motum in suas species; hęc nihil contrà determinationem faciunt. Quia hæc non docet de motu, vt motus est; sed vt accidens commune omnibus rebus naturalibus; & quatenus etiam eo in definitione naturæ vsus fuit. Vltimi autem tres

lib.

lib. continētur sub parte de motu, quia ea, quæ ibi docet, conueniunt motui, vt motus est, & sub eius natura propria; Sed quis dicet, quomodo .8. liber sub parte de motu poterit contineri, cum ibi tractet de primo Motore, vt est Auer. sententia in vltim. com. primi Physicorum, & in. 8. com. primo? Erit dicendum quod verum est ibi tractare de primo Motore, sed secundariò, & quasi per accidens; ideò non sequitur quòd talis Liber inscribendus sit de primo Motore, immò de Motu; quid ad Auerroem? dicas quòd fuit illius opinionis; & si voluerimus ipsum tueri; dicas quòd Octauus ille liber inscribetur de primo Motore, gratia nobilitatis. Sed iam de ordine horum librorum dicamus.

Ordo horum librorum est, vt sint primi inter alios Philosophiæ Naturalis libros: cuius ratio est hæc; Libri, in quibus explicantur principia, præcedunt libros, in quibus explicantur principiata; hi libri sunt huiusmodi, vt patet ex intentione, ergò; amplius, magis communia præcedunt minus communia: at in his libris magis commu-

Quem locū obtineant in Philosophia naturali, libri physicorum.

nia tractantur, nempè prima principia, & motus: ergò &c. De vtilitate horum librorum paucis agam, cum iam vos satis vestra sponte ad istam scientiam comparandam inflammatos esse videam: cumquè ea quanta sit, quilibet vestrum ex Simplicio videre posit; Est enim tanta, vt ex cognitione horum librorum, acquiramus cognitionem principiorum rerum naturalium; & per consequens ipsam fœlicitatem; iuxta carmen illud, Fœlix qui potuit rerum cognoscere causas. Vltimum caput propositum fuit de nomine Auctoris, de quo breuiter dicemus, cum per hoc nil aliud intendamus docere, quàm quòd hi libri ab Aristot. scripti fuerint, quòd omnibus constat; cum omnes expositores in hoc sint concordes: cùm & ipsemet Aristot. in alijs suis libris, quos quilibet certè scit ipsius Aristot. esse, hos citauerit. cum etiam omnes eius discipuli, immò omnes, qui Aristot. doctrinam insecuti sunt, fateantur ipsum Aristot. horum librorum fuisse auctorem; Quòd etiā cognoscitur ex modo scribendi, qui grauis est: qui modus si obserue-

De vtilitate horum librorum.

An Aristo: fuerit auctor horum librorum.

tur, quilibet erit, velit nolitquè, hoc fateri coactus. Addas, quòd si hi libri ab alio aliquo, quam ab Aristot. fuissent conscripti, tunc non esset credendum, quòd tot grauissimi expositores, tam Græci quam Latini, & Arabes in horum expositione, elaborassent: quarè in hoc, non erit insistendum; Si autem aliqua quis velit de nomine Auctoris dicere. dicat vna cum Auerroe, quòd Auctor horum librorum fuit Aristot. Nicomachi filius, Græcorum sapientissimus; qui adinuenit tres facultates, nempè Logicam, Philosophiam naturalem, ac Diuinam; easquè perfecit. Eas adinuenit, quia quæ ab Antiquis in his facultatibus fuerũt scripta, non est dignum vt sint nec pars, nec principium alicuius earum. Eas etiam perfecit. cum nullus post Aristot. vsquè ad hoc tempus, quod est mille & quingentorum annorum aliquid addiderit, nec in eius dictis errorem, qui sit alicuius momenti adinuenerit; Ex quibus patet vnicuiquè quantum Auerroes tribuat Aristot. de cuius laudibus multis alijs in locis habuit Auerroes verba: & si quis obijciat, quòd Logicam

non perfecerit, quia Porphyrius edidit librum de prædicabilibus, & Boetius de diuisionibus scripsit. Liber Porphyrij præter hoc quòd, non est necessarius, sed vtilis; addo etiam; quòd omnia quæ dixit, hinc, & indè ab Aristot. assumpsit, quemadmodũ, & Boetius. Addidit Auerroes ad huc laudans Aristot. talem virtutem esse in vno indiuiduo esse miraculum; quiquè eam habuerit, ille potius diuinus quam humanus erit vocandus; mirumquè alicui non erit si tot, tantequè in Arist. fuerunt virtutes, cum ipse maximè fuerit diligens, vsusquè fuerit optimis præceptoribus; fuit enim Platonis discipulus per viginti ferè ãnos, qui maximè in his facultatibus præcellebat; & hęc sat erunt, de sex propositis.

LECTIO XI.

An hic liber de Physico auditu sit pars philosophiæ naturalis.

DEbitum imponentes finẽ prologo nimibus, facilem aditum ad sensum verborũ Aristot. parantibus. Reliquum est videre, an iste liber de Physico auditu, sit pars Philosophiæ naturalis? Ea quæ faciunt

ciunt difficultatem sunt hęc; illa facultas quæ circà immobilia versatur, non est pars Philosophiæ Naturalis, per Aristot. verba in.2. Phys.t.71. Quæ mouent, & non mouentur, non sunt physicæ consideratio-nis; at hi libri circà immobilia versantur, vt patet de materia prima, quæ ex sui natura est immobilis, similiter forma, locus etiam est omninò immobilis, de quo in.4. huius. idem est afferendum de primo Motore de quo in.8. huius, ergò; Amplius. libri hi in quibus disputatur de his, quæ ad ēs pertinent, sunt metaphisici: Libri isti de physico auditu huius modi sunt, nam in his disputatur de materia, & forma, quæ sunt entia: similiter de motu, qui est actus entis in potentia, vt in potentia, ergò. In oppositum autem sunt omnes expositores; immò ipse Aristot. qui ĩ primo textu proponit esse disserendum de principijs scientiæ, quæ est de natura; de quibus in his lib. agit. Amplius in.2. huius context.22. Dubitat Aristot. an munus sit philosophi naturalis considerare materiam, & formam, concludit quòd sic; quia considerat compositum: si sic, ergò &c.

gò &c. Addas Aristot. rationem, qua ipse vtitur in 3. Phys. t. 2. probans quòd munus Philosophi naturalis sit agere de loco; vacuo, & tempore; dicit quia est impossibile motum esse sine his. Similiter & ego in proposito dicam, ea quæ in his libris Phys. contemplantur adeò ad motum spectant, quòd est impossibile motum esse absque illis, ergò hic liber de physico auditu, philosophiæ naturalis erit pars; & primus in ordine, vt suprà est dictum. Ad rationes in oppositum adductas, respondeo, & primo primæ, in qua dicebatur immobilia nõ esse physicæ considerationis. Dico quòd immobilia, idest ea quæ non mouentur, nec motui subijciuntur, nec sunt principia motus, hæc non sunt phisicæ considerationis; At modo materia, & forma, subijciuntur generationi; Locus est communis omnibus rebus naturalibus quæ mouentur, Primus motor, est principium motus, consideraturquè in. 8. huius, vt æterno mouet tempore, ergò &c. Secundæ rationis facilis est solutio; quòd licet materia, & forma, sint entia, non sic tamen à naturali philosopho

consi-

considerantur, sed pro vt transmutationibus subijciuntur. Sed obijciet ille, licet hic liber sit philosophiæ naturalis pars, mihi videtur quòd non sit intelligibilis, cùm ea, quę hic pertractātur, nō sit possibile ut à nobis intelligantur; Quòd patet auctoritate Aristot. in proœmio. Simplicij, qui vt ipse recitat, ac ab omnibus dicitur, Alexand. Magnus vir fuit studiosissimus, qui alios magis virtutibus antècellere cupiebat, quā viribus, & nummis; Ideò de Aristot. conquerebatur, quòd hos publicasset libros; Dixitquè: Aristot. non benè fecisti, quòd auscultatorios libros in publicum emisisti; nam qua alia re, alios antecellere poterimus, si hæ disputationes, quibus impensè operam dabamus, cæteris erunt communes. Cui Aristot. rescripsit, dixitquè, Scripsisti ad me de auscultatorijs libris, quos putas reconditos esse oportere, scias velim ipsos editos, & non editos esse; Quia his qui me audierunt erunt intelligibiles. Nobis ergò qui ipsum Aristot. non audiuimus nō erūt intelligibiles. Amplius q̄ poterit, dicet ille, naturā materiæ primæ intelligere, cum

An lib. physicorum possint intelligi à nobis.

nullam

nullam habeat actualitatem, sitquè pura potentia, & similiter alia multa, quæ huiusmodi includunt materiam. Cui sic obijcienti erit respondendum, quod Aristot. hos libros nō edidisset, nisi eos nos intelligere voluisset, quia tunc nos magis deciperet, quā iuuaret; Amplius quia in his libris eos habemus expositores, qui ferè per Aristo. manus philosophiam accepere, quemadmodum sunt Græci, & inter Latinos D. Thomas verus expositor. Rationibus satisfacio; & primæ erit respondendum illa pronuntiasse Aristot. verba, vt sibi gratum redderet Alexand. ac vt eum sibi ipsi conciliaret. Secundę respondebimus, quòd naturam materię primæ cognoscemus, non per se, sed per analogiam ad formam, ad quam semper refertur, ꝓ vt à naturali philosopho consideratur. quibus sic explicatis, diuinæ Trinitatis fretus auxilio, aggredior expositionem verborū Aristot.

Expositio primi Textus.

Quoniam cognoscere, ac scire contingit &c.

Q Interpretis duo esse officia testātur omnes, & præcipuè Gal. in primū Hipp. de morbis vulgaribus: Quorum primum est clarum, ac genuinum sensum Auctoris, quē profitetur explanare: alterum est considerare, ac rectè perpendere an ea, quæ dicuntur ab Auctore habeant veritatē. Quæ duo pręcepta, & ego sequens in præsenti expositione, primò connabor verum, ac genuinum sensum ad verba Aristot. afferre; ponderando eius verba obscura: dissoluendoq; dubitationes literales, ac contradictiones, quæ in eius occurent dictis; quæstiones verò, quæ egent longiori examine vltimò explicabo loco. Quo ad primum, dico quòd Aristot. in hoc primo textu, suam ponit intentionem, causamquè suæ intentionis apponit. afferens suam intentionem; dicit tentandum est agere de principijs scientię, quæ est de natura.; causa intentionis est, Quoniam cognoscere, ac scire cōtingit circa omnes methodos. quorū sensus est, quo-

niam omnis methodus habens principia, vel causas, vel elementa, cognoscitur ex cognitione principiorum, vel causarum, vel elementorum; Sciētia naturalis est methodus habens principia, vel causas, vel elementa; ergò scientia naturalis ex eorū cognitione cognoscetur: si sic; ergò de principijs scientiæ quæ de natura, erit tractandum: maiorem huius argumenti propositionem in primis tex. verbis posuit; quam maiorem ex communi omnium consensu persuadet, dicens, Tunc enim arbitramur vnum quodquè cognoscere, & quæ sequuntur. Quorum sensus est; omnes tunc arbitrantur vnumquodquè scire, cum primas causas; prima principia vsque ad elementa cognouerint. minor erat, scientia naturalis est methodus habens principia, vel causas, vel elementa, quam subticuit in textu. causam loco suo adnotabimus: sequitur cōclusio, ergò scientia naturalis cognoscetur, ex horum cognitione. quam conclusionem, tamquam manifestam subticuit, posita enim maiori, subintellecta minori propositione; de necessitate sequitur conclusio.

sio, id verò quòd ex conclusione sequitur, posuit dicens, Manifestum est quòd & ea, quæ circà principia scientiæ, quæ de natura est, primum determinare tentandum est. & hæc est tota huius primi textus literalis sententia. In quo textu dicimus ipsum obseruasse tres illas conditiones requisitas ad procemium, de quibus in suis Rethoricis (& hoc si quis vellet quòd præsens textus esset procemium) nam reddit auditores attentos, beneuolos, ac dociles. attenti redduntur auditores, dum magna ipsis pollicemur; at quid maius principijs? de quibus Arist. proponit esse tractãdũ. reddit etiã eos dociles, proponendo ea, quæ intendit; at magis etiam dociles reddet auditores in subsequentibus, declarando modum doctrinæ, ac ordinẽ, quo de ipsis erit determinandum; beneuolentia captatur ex vtilitate, q̃s modo erit qui hanc ignoret, cum maior nulla habeatur vtilitas, quàm ex principijs. Expositioni ipsius Suessani non erit adhærendum, qui dixit Aristot. in hoc primo tex. ponere ordinem procedendi in scientia naturali; dicens, quòd erit incipiendum à co-

gnitione principiorum, quia, vbi ſunt prin cipia, prius de illis eſt diſſerendum; in phi loſophia naturali ſunt principia, ergò de il lis erit diſſerendum prius. maiorem probat vt diximus, quia tunc ſcire opinamur, &c. huic expoſitioni non adhęreo, quia Ariſt. conſuetudo in ſuis eſt proœmijs breuibus, quæ intēdit declarare; ideò diximus ipſum Ariſtotelem, ſuam intentionem in his libris ponere; Sed adnotemus verba obſcura. dicit; *Quoniam cognoſcere,* cauſa cur appoſuerit in text. hoc aduerbium, quoniam; credo ꝙ hæc ſit, vt redderet rationem quarè de prin cipijs ſcientię naturalis ſit tractandum, dicit, quoniam, ideſt hęc eſt ratio quoniam cognoſcere, ac ſcire, &c. Expoſitio Io. Gram. non mihi placet, qui dixit hoc aduerbium non eſſe in tex. ponendum, immò propoſitio Ariſt. fuiſſet clarior abſquè illo, quoniam, & ratio eſt dicit Io. quia Ariſtot. exorſus eſt ab vna dignitate, quæ dignitas eſt clarior abſquè illo, quoniam. Et ſi quis illi obijciat, omnes codices illam ha bent, īmò & in textu græco legitur (Epidì) ergò illa particula à textu non erit delenda.

respondet Ioannes, quòd addenda est minori propositioni: quod dictũ nõ placet; quia si minorem propositionem omittit Aristot. quomodò ergò illi hęc particula, quoniam, erit addenda. Nec adhæreo Simplicio, qui dixit Aristot. illud quoniam, addidisse, vt significaret illam maiorem propositionem esse veram. Contrà, quia si sic, ad quid ergò eam probauit ex communi omnium consensu. Sequitur, *cognoscere ac scire.* Notandum quòd cognoscere quandoquè sumitur pro verò scire, vt. 2. Phys. text. 27. scientia naturalis est negocium, quod est gratia cognoscere, idest scire. quandoquè sumitur pro quacunquè cognitione, siuè sit scientia, siuè alius habitus; dico quòd Aristot. semetipsum exponit cum dicit cognoscere, & scire: ideò illud, &, stabit expositiuè, quasi dicat, non loquor de quocunquè cognoscere, sed de cognoscere, &, idest quod est scire. & quòd hæc expositio sit recta, probo ex Aristot. qui hanc maiorem propositionem probans ex communi consensu, dixit. *Tunc enim opinamur vnum quodquè cognoscere,* non amplius apposuit, & scire. nec

 instan-

instantiæ Suessani huic expositioni, obstant quicquam; dicit primò, quòd si per cognoscere intelligat Aristotelem scire, tunc ipse erit diminutus, quia omittet scire per diffinitionem, quo etiam Philosophus naturalis vtitur; nam non solum vtitur scire per demonstrationem tantum, sed etiam scire per diffinitionem. addit secũdò, quòd illa specificatio erit frustrà, quia scire continetur sub cognoscere, & tunc committetur nugatio; cum enim minus communi additur magis commune, semper committitur nugatio, ut si diceres, animal homo, sic quoquè in præsenti cognoscere, & scire, cognoscere est communius, quàm scire. Primæ satisfacio, dico quòd licet sit duplex scire, & per definitionem, & per demonstrationem, & vtroque vtatur Philosophus naturalis; hoc tamen nihil est: quia scire per diffinitionem in naturalibus ad demonstrationem coordinatur iuxtà Aristot. dictum in primo de Anima tex. 11. Vana est illa diffinitio, quæ non facit cognoscere accidentia, quæ insunt definito. Ad secundã respondeo, quæ dicit, quòd magis commu

ne

ne additum minus communi, committitur nugatio: verum est in definitione, quando illud minus commune fuerit species: & sic exemplum datum, animal homo, concludit: at si illud minus commune fuerit differentia, nequaquam committetur nugatio, vt patet. addas etiam, quòd quando minus commune apponitur, vt explicetur id, quòd significatur per magis commune, nequaquam committitur nugatio, & sic est in proposito. Addam aliam expositionem ad illa duo verba, & dicam, quòd per cognoscere, intelligit cognitionem, quæ est in artibus; per scire, cognitionem, quæ est in scientijs; sunt multæ aliæ expositiones, quas omitto, his duabus contentus.

LECTIO XII.

CIrcà principia maximè esse elaborandum, fuit diuini Platonis sententia, adducta ab Aristot. 1. Coeli t. 33. ac ibi ratione comprobata: quia paruus error in principio fit maximus in fine; qua sententia quilibet monetur, vt to-

tis viribus conetur, hanc principiorum naturalium cognitionem consequi, nè ipsiullus error postea accidat: quod præceptum, ego,& vos obseruantes, nullo labori parcemus, vos eritis itaquè diligentissimi; & ego quoquè vobiscum hac in re elaborabo. sententiā primi textus in hœsterna adduximus lectione, verbaquè obscura adnotare cępimus; & quarè vsus fuerit illo aduerbio, quoniam, quid etiam per cognoscere, & scire intelligeret, explicauimus. Prosequor aliorum verborum ponderationem. Dixit in textu, *Contingit*; hoc verbum, contingit, aliquando accipitur, vt idem est quòd accidit; quandoquè vt idem est, quòd necessarium est, quemadmodum & in definitione syllogismi in primo Priorum accepit; & sic in præsenti hoc verbum, contingit, accipere debemus: & sensus erit, contingit, idest, necesse est. subiungit, *Circà omnes methodos*: notandum, quòd methodus quādoquè accipitur in doctrina Arist. pro Dialectica facultate, sicut accepit Aristot. in primis verbis primi libri Topicorum, dicens: Propositum negócij est methodum

 inueni-

inuenire &c. vbi nomine methodus accepit Dialecticam. quandoquè accipitur methodus, pro via, quæ ducit nos in cognitionem rerum, quæ est quadruplex, diuisiua, diffinitiua, resolutiua, & compositiua. Quandoquè significat facultatem, quæ traditur recto ordine, ac via breui; sicquè accipit methodum in præsenti, & sensus erit, omnis methodus, idest, omnis facultas recto ordine, ac via breui tradita, habens principia &c. Ioannes Gram. dixit Aristot. nomine methodus intellexisse facultatem, quæ tradit viam ad alias artes, ac scientias acquirendas; quæ expositio non placet, quia sic tantum Logicam intellexisset. Cum facultas talis sit Logica ipsa; at hic nedum Logicam intelligit, sed omnes, quæ via breui, ac ordine recto explicantur. Nec placet Auerrois expositio qui per methodum, exponit scientias speculatiuas, cum ne dum has intelligat, sed omnes, quæ recto ordine, ac breui via declarantur. Sequitur in textu, *Quarum sunt principia;* Limitatè locutus est, quarum sunt; quia sunt aliquæ methodus scientificæ, quarum nō sunt principia,

cipia, vt methodus scientifica principiorum, methodus scientifica Dei; & hoc nisi quis velit extendere hoc nomen principiũ ad principium cognitionis, quòd tunc non erit ad propositum, cum nunc loquamur de principijs essendi. Non placet expositio Io. Gram. qui dixit Aristote. sic dixisse, Quorum sunt principia, propter Dialecticam; ac Methaphisicam, quæ dicũtur carere prin cipijs, dicit ipse, quia ex communibus pro cedunt, quia licet illa principia alijs scientijs sint communia, ipsis tamẽ sunt propria; cùm etiam quælibet habeat proprium subiectum. *Principia causæ, vel elementa &c.* hic Sim plicius multas dat expositiones, & ex Alexand. & ex mente propria, quas omitto. vt autem veritas habeatur, venit animaduertendum, quòd quodlibet istorum trium diuersimodè accipitur in Aristot. doctrina; Principium quãdoquè assumitur, pro vt est commune principijs complexis, & incomplexis, & sic septem dicitur modis: vt docet Aristot. 5. Diuinorũ in primis verbis. quãdoq; vt significat quatuor genera causarũ, quo modo accepit Aristot. 2. huius t. 27. in

vltimis

vltimis verbis, & 1. Metaph. t. 20. secundum Alex. quandoque significat causam efficientem, vt patet ex diffinitione naturæ, quam Arist. dat in secundo huius. t. 3. quandoque accipitur principium, pro causa formali, vt accepit Arist. in vl. tex. huius primi, dicens, De principio autem secundum speciem, &c. aliquando accepit Arist. principium, pro ut significat materiam, formam, & priuationem; ut in hoc primo accipiet, dicens, Tria esse rerum naturalium principia. Causa etiam multipliciter assumitur: aliquã do accepit causam Arist. vt comprehendit principia complexa, & incomplexa, vt. 5. Metaph. in fine. t. 1. tum quia aliquando demonstramus per principia sciẽtiæ, & tamen tunc dicimus demonstrasse per causas, aliquando causam accepit Arist. pro ut significat quatuor genera causarum, vt. 5. Met. in cap. de causis, similiter. in 2. Phys. ac in. 2. Poste. quandoq; per cãm cõsueuit intelligere finem, ac efficiens tãtum: quandoq; verò materiam, & formam tantum vocauit causas, ut in isto primo Phys. quandoque etiam per causam intellexit, materiam, formam,

& priuationem, vt etiam in hoc primo habetur; sic quoque elementum multipliciter accipitur, nam elementum vel propriè est elementum, vel per similitudinem; si propriè sit elementum, tunc est duplex; alterum corporeum, alterum incorporeum: elementum corporeum adhuc sumitur dupliciter, uel vt cõuenit rebus generabilibus, vt. 3. cęli, vel ꝑ corpore cœlesti, quod etiã vocatur ab Aristo. elementum. Elementum incorporeum quandoque significat ea, quæ concurunt ad generationem rerum naturalium, & sic significabit materiam, formam, & priuationem; quandoque verò significat solum formam, ac materiam, ut patet ex definitione elementi, quam. 3. cæli. t. 31. dedit Arist. dicens, Elementum est, in quod alia corpora diuidũtur, quod inest ipsis actu, vel potẽtia. Quibus declaratis, tũc dico quòd vnum, & idem intelligit per illa tria; & semetipsum tunc exponit, cum dicit, *Quarum sunt principia, vel causæ, vel elemẽta:* idest siuè illa principia voces nomine causæ, vel nomine elemẽti: & sic per illa tria, nõ intelliget diuersa. Quam expositionẽ cõprobo ex Arist. 6. Met. t. 1;

vbi

vbi dixit. Sunt autē Mathematicorū principia, & causæ. si uolueris hęc tria differe, quo modò poterimus rectè dicere scientias Ma th. habere principia, causas, & elementa; cū non habeant materiam, nec ēt finem. quarè non adhærebo expositionibus aliorum, nec Simplicij, nec Auerrois: verū dices qua dè causa locutus est disiunctiuè, dum dixit, *Principia, vel causæ, vel elementa.* Dico ꝙ causa est, quia principia ab antiquis diuersimodè nominabantur; nam aliqui ea nominabant nomine proprio, nempè nomine principij; quidam alij ea vocabant nomine causæ, quidam alij nomine elementi. ideò sic dixit, Quarū sunt principia, vel causæ, vel elemēta, idest, siuè modò hæc principia uocentur nomine causæ, vel nomine elemēti; quasi di cat, non curo. Sequitur in textu, *Tunc enim arbitramur:* quo verbo vsus est, ut daret intelligere se loqui ex communi omnium consen su, cui, & ipse adhæret; ad differentiā, quando vtitur hoc uerbo, dico, vel sit, tunc significat se fuisse inuentorem illius; quomodò locutus est etiam primo Posterior. cap. 2. dicens, Scire arbitramur vnūquòdquè, &c.

ex quo patet Simpliciũ malè dixisse, Arist. vsum fuisse in primis verbis text. illo aduerbio, quoniam, vt ostenderet illam maiorē propositionē esse veram, quia si sic, ad quid eam probauit ex communi omnium cōsensu. Addidit, *Cognoscere*, loco cuius debemus legere, *scire*, & ideò supra ponderando illā duo verba cognoscere, & scire, diximus illud, &, stare expositiuè; & adduxi hæc verba pro cōfirmatione istius expositionis: vel dicemus quòd tātum apposuit cognoscere, vt daret intelligere se loqui, nè dum in cognitione, quæ est in scientijs, sed etiam in artibus, iuxtà secundam expositionem datā ad illa duo verba. Sequitur, *Cum primas causas, prima principia, vsquè ad elementa.* Videndum est, quid per primas causas intelligat, quidquè per prima principia, & quid per elementa. Primæ causæ, in uia Arist. dicuntur aliquando causæ communissimæ, sic quoque per prima principia intellexit quandoque communissima, sicut patet ex Arist. 1. Metheo. t. 1. De primis igitur causis &c. quo ēt mō illa accepit in. 1. Metaph. c. 2. & 3. ac primo Posteriorum cap. 8. vbi habet quòd nulla

ſcientia poteſt probare ſua principia. quandoque per primas cauſas conſueuit Ariſt. intelligere cauſas proximas, ſimiliter per prima principia, proxima principia, ut primo Poſteriorũ. cap. 2. Demõſtratio conſtat ex primis, per prima, exponit Ariſt. proxima: ideò ex hac varietate, hæc verba duobus modis poſſunt exponi, vno modo quòd Ariſt. per primas cauſas, intelligat cõmuniſſimas, ſiuè remotas cauſas; ſimiliter ꝑ prima prĩcipia, remota principia, itá ꝙ per duo illa idem intelligat; ſicut etiã Ariſt. per duo illa, idẽ intellexit. 1. Metaph. cap. 3. & 2. Phyſic. t. 27. & etiã. 1. Metaph. cap. 2. ad principium, citãs hanc propoſitionẽm, dixit, Tũc enim dicimus ſcire vnumquodquè, quãdo primam cauſam cognoſcere putamus, nullum verbũ habuit ibi de primis principijs, quia idem per primas cauſas, & per prima principia audiebat ipſe (vſquè ad elemẽta) ſenſus erit, ideſt, vſquè ad cauſas proximas. Alio modo poſſunt exponi, vt per primas cauſas, intelligat ꝓximas, ſimiliter per prima prĩcipia intelligat ꝓxima, vſquè ad elementa, ideſt, vſquè ad cauſas remotiſsimas;

&

& sic. 5. Metaph. dicebat Arist. quòd literæ sunt elementa dictionis. Etiam quia non solum scimus per causas proximas, sed etiam per remotas; & maximè cum remotæ præsupponunt cognitionem proximarum. Deindè habet Arist. *Manifestum quidem quòd quæ sunt circa principia scientiæ, quæ de natura est, primò determinare tentandum.* Sẽsus est, quæ circà principia, idest de principijs; vbi per principia maximè intelligamus communia; cum de proprijs principijs, in libris particularibus determinabit: intelligãtur etiam illa verba de principijs incomplexis, ac intrinsecis, vt declarauimus, dum explicauimus intentionem Arist. ad hos libros. per scientiam de natura, intelligetis Philosophiam naturalẽ, sicut & primo Cœli tex. 1. dum dixit Sciẽtia de natura ferè plurima, &c. Ex quibus colligetur quòd Philosophia naturalis est scientia. Et hæc quo ad uerborum textus ponderationem.

LECTIO

LECTIO XIII.

AB omnibus ſapientibus, & præcipuè ab Ariſt. 10. cap. 1. Ethicorũ diiudicatum fuit, principium eſſe pluſquàm dimidium; & ideò Flaccus cecinit; Dimidiũ facti, qui benè cępit, habet. ex quibus colligitur quanti momenti, quantæquè vtilitatis ſint ipſa principia, idcircò nullus ueſtrum admirabitur, ſi multum operis, ac laboris in his cõſumimus. heri ſingula primi textus uerba ponderauimus, reliquum eſt diſoluere quaſdam dubitationes in uerbis eiuſdẽ textus; quarum prima eſt, circà Ariſt. rationẽ, qua ipſe fuit vſus, ad probandum, quòd de principijs ſit determinandum. Dubitatur qualis ſit ſuus ſyllogiſmus, an categoricus, uel hypotheticus: & hoc propter Simplicium, qui videtur facere rationẽ Ariſt. hoc modo; Si ſcientia eſt cognitio rei per demonſtrationẽ, demonſtratio ex principijs conſtat; ergò ſcientia ex principijs proficiſcetur: quarè ſic Ariſt. rationem formãdo, ſequitur eã eſſe hypotheticã; Secũdo dubitatur quomodo

Dubitationes, ac contradictiones circa Ariſt. dicta in. 1. textu.

modo

modo illa ratio faciat ſcire, uidebitur alicui per accidens; quia rationes, quæ ex commu nibus procedunt non faciunt ſcire niſi per accidens, & ideò Ariſt. 1. Poſte. c. 7. redarguebat demonſtrationem Briſonis de quadratura circuli, quia procedebat ex commu nibus, & non faciebat ſcire niſi per accidẽs; & ratio Ariſt. præſens procedit ex communibus, quia accipit illã maiorẽ, Omnis methodus habens principia, &c. quæ propoſitio eſt communis, ergò non faciet ſcire niſi ꝑ accidẽs. Tertiò dubitabit ille, quarè Ari. ſit exorſus ab illa propoſitione communi, dubitabit etiã quare eam probauit ex com muni conſenſu omnium, quaſi quòd non ſit aliud medium, per quod poſſit probari. Amplius dubitabit an alio medio poſſit talis propoſitio probari? Item quartò quis obijciet contra illam probationem; quia ſi recta eſt, tunc Ariſt. ſibi ipſi videbitur contrarius hic, & 1. Poſt. c. 2. cum hic in plurali loquatur, dicatquè, Tunc arbitramur vnumquodquè ſcire cũ primas cauſas, &c. ibi in ſingulari fuit locutus, Tũc opinamur vnumquodq; ſcire cũ cauſam cognoſcimus

Amplius

Amplius sibi hic, & ibi; etiam videbitur contrarius; cum hic dicat scire esse per primas causas, quam particulam (primam) nõ posuit ibi in secundo cap. 1. Poste. Quintò principaliter quis dubitabit circà minorẽ propositionem, quam assumpsit absquè probatione, quare eam non probauit? Amplius, videtur petere principium, assumendo illam propositionem, nempè Philosophiã naturalẽ esse methodũ habẽtem principia; assumere videtur id quòd ab ipso est probãdum, qui enim negat agendum esse de principijs scientiæ naturalis, ille etiam negabit quòd Philosophia naturalis sit methodus habens principia: Vltimò dicet ille, cur Aristot. non fecit procemium hic ad totam Philosophiam naturalem? ratio dubitandi est, quia hi libri Physicorum obtinent primum locum in ea, videbatur ergò rationi consentaneum, hic præmittere procemium ad totam Philosophiam Naturalem. Satisfacio omnibus his dubitationibus per ordinem, & primò primæ, in qua inquirebatur qualis esset Aristot. ratio, an categorica, an hipothetica. Dico quòd est catego-

rica, (dicat quidquid velit Simp.) quia ratio categorica eſt clarior, & validior, quam hipothetica; præterea quia in textu non adeſt illa conditionalis (sì). Nec eſt quòd quis obijciat, quòd illa non ſit verè ratio categorica, cum ex indefinitis conſtare propoſitionibus videatur; quia & ſi illæ propoſitiones ſecundum vocem videantur indefinitę, ſecundum rem tamẽ ſunt vniuerſales. Erat ſecunda dubitatio, quomodo illa ratio faciat ſcire, videbatur per accidens, cum ex communibus procedat. Dicatis vt dicunt Logici, & rectè, quòd rationes communes in ſui ſumptæ communitate non faciunt ſcire niſi per accidens, ſi verò ad proprios limitentur terminos, tunc faciunt ſcire per ſe, & ſic in præſenti, licet eam non limitauerit, ſtudens breuitati. Ad tertiam, quarè exordium ſumpſerit ab illa propoſitione communi; Dicendum eſt cũ Io. Gra. 1. Poſter. quòd ſic exorſus eſt, inſequens ſuum conſuætum doctrinæ morem, qui eſt in exordijs ferè ſemper exordiri ab vna dignitate; vt. 1. Poſt. Omnis doctrina, ac omnis diſciplina diſcurſiua &c. 1. Metaph. omnes

homi-

homines &c. primo de Anima; Bonorum honorabilium notitiam opinantes &c. primo Ethicorum omnis ars,omnisquè doctrina &c. Sed dicet ille, quæ est huius causa, nempè quòd sic cõsueuerit Arist. exordiri; Dicendum est, vt seruet suum prçceptum, quod scribit in tex. 2. quod à nobis notioribus est incipiendum, cum talis via sit nobis à natura insita. Dicebatur quarè eam ex communi omnium consensu probauit? Dicendum est, quòd rationes dandæ sunt secundum subiectam màteriam, quia ergò illa propositio non requirit aliud probationis genus, ideò eam non probauit potissima demonstratione; propositiones enim Aristot. sunt in triplici differentia, aliquæ sunt notissimæ, quæ nulla egent probatione, aliç sunt ignotæ, quæ demoustratione indigent, aliæ media via incedunt,non sunt pœnitus ignotæ, nec pœnitus notæ, in numero quarum est propositio adducta, quæ tales leui probantur probatione. Dicebatur,potest ne illa propositio alio medio probari? Dico quòd sic, ex propositione Aristot. 2. Diuinorum ad principium,sicut res

se habet ad esse, sic se habet ad cognosci; quarè si omnis methodus habet esse per pri cipia, vel per causas, vel per elementa, per illa etiam cognoscetur. Fuit quartum argumentum, quo redarguebatur Aristot. qui si bi ipsi contrarius videbatur hic, & .1. post: cap. 2. Dicendum est, quòd tantum in ver bis est contrarietas, in re nequaquam; sem per enim asserit, scire esse rem per causam cognoscere; Et si quis dicat, quare ibi in sin gulari dicit per causam, hic in plurali, di- cit per causas? dico quòd hic in plurali lo- cutus est, quia propositio illa maior, quam assumpsit probandam, fuit in plurali, nam dixit, omnis Methodus habens principia, vel causas, vel elementa &c. modo vt pro- batio coresponderet propositioni assump- tæ, sic locutus fuit in plurali, dixitquè tunc enim arbitramur vnumquodquè scire cum primas causas &c. quarè in re nulla est con- trarietas: Dicebatur immò sibi est contra- rius adhuc, cum hic apponat illam parti- culam (primas) quam ibi non addidit; Di cendum quòd si eam ibi manifestè non ap- posuit, implicitè tamen, & latenter eam si

gnifi-

gnificauit, dum dixit, (per quam res est) at causa per quam res est, est causa prima; quarè nullo modo est sibi contrarius. Quin tæ dubitationi satisfacio, in qua quærebatur cur assumpserit minorem propositionē absquè probatione; Dicendum est, quòd eam non probauit, quia exse erat manifesta; licet Theophrastus eam probare sit conatus, ex rebus ipsis; nam ipsæ res naturales, vel sunt corpora, vel in corporibus habent esse. at quæ sunt corpora, & quæ habent esse in corporibus, sunt composita; ergò habent principia. probat minorem; nam si erunt corpora, patet esse composita, Si verò in corporibus esse habebunt, erunt etiam composita, nam hæc talia sunt accidentia, quæ sunt composita, quia cum subiectis assumuntur, vndè Theophrastus rectè dicit, quòd accidētia per se sumpta, sunt simplicia; at ratione subiectorum, nempè quatenus cum subiectis accipiuntur, asserit esse composita; Albedo enim est res simplex, sed sumpta cū subiecto est cōposita, & ideò nō petet principiū Arist. assumēdo illā minorē ꝓpositionē absquè ꝓbatione, cū eā

accipiat

An munus sit naturalis philosophus; probare res naturales habere principia an Metaphisici.

accipiat vt manifestã. Sed dicet illę, vellẽ scire an ad Naturalem pertineat probare res naturales compositas esse, seu habere principia, an hoc sit munus ipsius Metaph. Porphirius vt hic refert Simplicius, dixit hoc ad Metaph. pertinere, & non ad Naturalem, hac ratione ductus, nulla scientia probat sua principia, sed quòd corpora naturalia sint composita, est principium in philosophia naturali ergò &c. In oppositum autem est Auerroes 2. physicorum, qui voluit hoc spectare ad Naturalem, quia illud non possumus probare nisi via transmutationis, quæ transmutatio est naturalis. Simplicius etiam obijcit ipsi Porphirio hic dicens quòd sicut Medicus potest probare Corpus humanum ex quatuor constare elementis, sicut etiam Grammaticus probat orationem vocalem ex viginti quatuor elementis esse compositam, sic etiam Philosophus naturalis probabit corpora naturalia esse composita ex materia, & forma. Cum verò dicitur, quòd nulla scientia probat sua principia, exponit Simplicius illud dictum; Nulla scientia probat sua principia, idest

vim,

vim, & proprietatem suorum principiorũ, quia hoc est munus ipsius Metaph. Licet ergò expositores sint diuersi; Dicerem quòd corpora naturalia esse composita, hoc esse notum in Philosophia naturali, quarè non est hoc probandum; si verò esset ignotum, dico quòd ad Naturalem hoc pertineret; quarè si supponatur esse ignotum Corpora naturalia esse composita, Naturalis erit ille, qui hoc probabit, quia nisi via transmutationis non potest probari. Fuit vltima dubitatio, quarè non fecerit procemium hic ad totam scientiam naturalem, cum hic liber in ea sit primus. Dicatis quòd ratio est, quam Auerroes. 2. Physicorũ com. 3. ad vltimum docuit; quia Arist. intentio in his libris non erat versari circà corpora, sed tantum circà principia; ideò vt hoc etiã significaret, distulit illud procemium vsquè ad primum librum de Cœlo, in quo libro incipit de corporibus pertractare.

LECTIO

Lectio XIIII.

Tex.2.expositio.

INnata est autē uia ex notioribus nobis &c. Qui alios ad aliquam facultatem capeſcendam adhortantur, & modum quo illam conſequi debent non præbent, illis ſimiles ſunt, qui lucernam parant, in ipſam vero oleum nō infundunt. Quibus philoſophus noſter Ariſt. nequaquam erit comparandus, qui in hoc tex. 2. viam qua aſſequi debemus hanc principiorum ſciētiam oculis ſubijcit. Poſtquam enim in textu primo dixit tentantibus aſſequi rerum naturalium ſcientiam, incipiendum illis eſſe, à principijs; nunc ſubdit in textu, Innata autem eſt via &c. In quo textu, viam ſeu modum doctrinæ, quo principia ſunt a nobis addiſcenda docet. quæ via doctrinæ duobus modis poteſt excogitari, vno modo in tota philoſophia naturali, quæ erit ab effectu procedendo, vel demonſtratione ſigni, vt dicit Auerroes, de qua nunc non loquitur; alio modo reſpectu principiorum tantum, quam nunc docet, dicitquè quòd naturam

turã principiorũ addiſcemus ex nobis notio ribus; Ita ꝙ ſi volumus in eorũ deuenire cognitionẽ, ꝓcedẽdũ erit ex nobis notioribus. quã cõcluſionẽ ſic probat; omne quod à nobis addiſcitur, debet addiſci ex nobis notioribus, at principia rerũ naturaliũ ſunt à nobis addiſcenda, ergo ex nobis notioribus: maiorẽ propoſitionẽ nõ ponit ĩ tex. Sed poſuit eius probationẽ; dicẽs, innata eſt nobis via ex notioribus nobis ad notiora natura, Et ſi quis diceret, non ne eadẽ ſunt nobis, & natura nota? reſpondet ipſe Ariſt. dicens ꝙ non; Non .n. eadẽ ſunt nobis nota, & ſimpliciter. Minorẽ etiã tacuit propoſitionẽ, tam quã notam ex his, quæ docuit in .1. tex. vbi dixit, tentandum eſſe determinare de principijs, Sequitur concluſio, quæ eſt, ergo ex nobis notioribus; Ideo dixit, quapropter neceſſe eſt in hunc modum procedere, ex immanifeſtioribus naturæ, nobis autem manifeſtioribus; ad manifeſtiora, & notiora natura, & iſte eſt totus huius contextus ſenſus literalis. Sed reuertamur ſuper textum, adnotando verba obſcura. Dicit, (*Innata eſt autem via.*) dixit innata, vt ſignifica

ret, quòd hæc via non est per artem aquisita, sed est nobis natura insita. Dicit (*via*) Notandum quòd via doctrinę, quandoquè sumitur pro methodo, & ideo Auerroes in proœmio dicebat, quòd erat quadruplex; diuisiua, difinitiua, &c. quandoquè sumitur pro modo procedendi, sicquè hic accipit viam, & sensus est, innata est nobis via, idest insitus est nobis à natura modus procedendi, qui modus seu via differt à methodo, quia methodus declarat instrumenta quibus debemus vti; at via, est ipse modus procedendi: Subiungit in textu, (*Ex notioribus nobis, & manifestioribus*) Nullum inter hæc est discrimen, ideo illud, &, stabit expositiuè, pro idest. Sed tunc est animaduertendũ, quòd notiora nobis sunt in duplici differentia, vel sunt notiora nobis, quo ad sensum, vel sunt notiora nobis, quo ad intellectum; Notiora nobis quo ad sensum, sunt quæ maximè ipsi sensui subijciuntur; Et hæc sunt ipsa singularia, vt docet Aristot. 5. Metaph. cap. de Priori, declarans quid sit prius secundum cognitionem, vbi hanc diuisionẽ adnotauit ipse Aristot; de quibus nobis notioribus

tioribus, quo ad sensum, nunc non loquitur Arist. nec eius verba sunt intelligenda, non enim procedit ex singularibus. Notiora nobis, quo ad intellectum, adhuc subdiuiduntur, vel sunt notiora nobis quo ad intellectum exercitatum in scientijs; & hæc talia sunt ipsa principia, & causæ, respectu principiatorũ, & effectuum, de quibus etiam nunc non intelligit, quia hæc talia notiora nobis quo ad intellectum exercitatũ; sunt eadem cum notioribus natura: sunt alia nobis notiora, quo ad intellectum, sed rudem, & in exercitatum, & hæc sunt ipsa confusa, quę intelligit hic, & maximè illa confusa, quæ deducuntur ex singularibus, quæ singularia sensui subiacent. Sequitur in textu (*Ad manifestiora natura, & notiora.*) Similiter per hæc duo, vnum & idem intelligit, quarè illud, &, stabit, quoquè expositiuè. Sed quid intelligit per notiora natura? Sciendum quòd notiora natura, multipliciter dicuntur, nam per notius natura consueuit Aristot. quandoquè audire, id quod est perfectius, vt. 1. Cœli tex. 12; & hoc modo multi Latinorum videntur exponere; quę expo

ſitio non placet, quia compoſitum ex Ariſt. ſentẽtia .7.Met. eſt nobis notius materia, ergo à materia ad cõpoſitũ eſſet procedendũ quandoquè Ariſt. per notius natura, intellexit notius ſecundum rationẽ, ſicut .5 .Topic. dum dixit, proprium eſſe notius ſuo ſubiecto ſecundum rationem. Aliquando id dicitur notius natura, à quo non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia, vt in poſt prædicamentis, & .5 .Metaph.cap. de Priori dixit Ariſt. Per notius natura, quandoquè intelligit id quod eſt ſimplicius, & ſic in præſenti per notiora natura, ſimpliciora audit. & ideo erit ſenſus, quòd à nobis notioribus, ideſt à confuſis, ad notiora natura, ideſt ad ſimpliciora eſt procedendum, & ſic ad principia quæ ſunt ſimplicia. Addit in textu, (*Quapropter neceſſe eſt in hunc modum procedere*) Vbi accipit hoc verbum neceſſe, pro vt dicit neceſsitatem; non autem vtilitatem. Addit, (*Ex in manifeſtioribus natura, nobis autem notioribus:*) Sic locutus fuit Ariſtot. vt daret intelligere quòd non omnia immanifeſtiora natura, ſunt nobis notiora; hæc enim adinuicem differunt; ne quis ergo crederet, eſſe proceden-

cedendum ex omnibus natura immanife-ſtioribus, addidit, nobis autem manifeſtio ribus, quarè ſenſus erit: Eſſe procedendum ab ĩmanifeſtioribus natura, quæ ſunt nobis notiora, ad manifeſtiora natura, & notiora: Habita vera expoſitione, & vero ſenſu ad verba Ariſtot. Supereſt adducere expoſitio nes aliorum. AEgidius, quẽ multi Latinorum inſequuntur, dixit Ariſtot. ponere ordinem doctrinæ inter ipſa principia, cũ.n. quædã ſint magis cõia, quędã minus cõia, quæret aliquis à qbus eſt incipiẽdũ, & quis ordo ſit ſeruandus. Dicit à magis vniuerſalibus, ad minus vniuerſalia eſſe procedendum; quam concluſionem probat Ariſtot. ratione, & quibuſdam ſignis; Ratione, quia innata eſt nobis via à notioribus nobis ad notiora natura; ſed notiora nobis ſunt con fuſa, quæ ſunt magis vniuerſalia, ergo &c. Hæc expoſitio non videtur tuta, quia ex ea ſequitur principia magis vniuerſalia eſſe no tiora nobis, principia verò minus vniuerſa lia, eſſe notiora natura. Amplius nulla erat Ariſtot. neceſsitas ponere hunc ordinem, cum ipſum poſuerit in. 1. tex. Amplius quia

tunc

tunc valde fuisset diminutus Aristot. cum nullum verbum de via doctrinæ, quæ est maximè necessaria ad principia addiscenda habuisset. Nec est dicendum quòd de ea egerit in .2. huius; Quia in .2. huius tractabit de via doctrinæ in communi, ex qua in cognitionem rerum naturalium deuenimus; at de via doctrinæ propria, ex qua debemus habere cognitionem de principijs rerum naturalium, ibi non tractabit, quarè essent diminutus. Nec mihi videtur esse adhærendum expositioni, quam dat Suessanus, qui in Recognitionibus dixit Arist. non solum ponere ordinem inter principia, Sed inter omnes res naturales, qui ordo semper erit à nobis notioribus. Hæc expositio manifestè repugnat textui Arist. non enim ponit talem ordinem, vt manifestè ex textu colligitur. Amplius quia ex sua expositione sequitur principia communia esse notiora naturæ, & non nobis; quarè prima expositio erit sequenda. Quærunt hic Græci expositores, an Arist. ratio, qua probat principia esse addiscenda ex nobis notioribus, sit applicanda tantum ipsis principijs, an & prin-

Dubitationes, ac contradictiones circa Arist. dicta, in 2. textu.

cipijs

cipijs, & rebus naturalibus? Sunt diuersi ad inuicem; quidam sic, quidam non, asserũt. Dicerem quòd hæc ratio tantum est applicanda ipsis principijs, verum est tamen, ꝙ eam etiam possumus applicare rebus naturalibus; & sic eam reddere communem. Sed dissoluamus aliquas dubitationes contra dicta à nobis; Fuit dictum Arist. ponere viam doctrinæ, siuè modum addiscendi ipsa principia. Dicet ille, contra principia sunt per se nota, ex Arist. sententia. 5. Metaph. ergò vanum est ponere hanc viam addiscendi ipsa. Secundò dicet ille, videtur esse contradictio in Arist. verbis hic, & in. 1. tex. prælecto; ibi dixit, tractandum esse de principijs, ab illisquè esse exordiendum. Hic modo dicit, esse exordiendum à nobis notioribus; si à nobis notioribus quomodo à principijs; vel econtrà si à principijs, quomodo à nobis notioribus? Confirmatur, quia sic videbitur dari regressum in demonstratione, quem ipse damnauit in. 3. cap. 1. Poster. Dicatis ad primum, cum dicitur principia sunt per se nota, &c. Quod principia sunt in duplici discrimine, quædam comple

xa de quibus verificatur authoritas adducta, quòd ſunt per ſe nota, immo ſunt notiſsima; alia ſunt principia incomplexa, quæ non ſemper ſunt nota, immò aliquando ſtat quòd ſint ignota, quæ tunc debent declarari, de quibus principijs incomplexis nunc loquitur; de quibus eſſe Ariſt. intentionem in præſenti libro fuit determinatum in primis lectionibus. Sed quis replicabit, omnis cognitio noſtra habetur ex principijs, ſi de principijs incomplexis habenda eſt à nobis cognitio, ergo per alia principia; ergo principiorum erunt principia, quod videtur eſſe abſurdum aſſerere; Dicendum eſt principiorum eſſe principia, nempè incomplexorum ſunt principia cõplexa, per quæ principia complexa, illa cognoſcuntur. Replicabit adhuc ille, immo principiorum complexorum erunt principia complexa, quia ſi omnis noſtra cognitio ex principijs complexis habetur, cum illa principia complexa debeant à nobis cognoſci, ergo per alia principia complexa, quarè ſic erit proceſſus in infinitum. Negãda ſemper eſt vltima conſequentia, quia eſt

deuenire

deuenire ad principia cognoscendi, siuè cõplexa quod idem est, quæ sunt notissima, ad quæ erit status. Secundæ dubitationi respondeo, negando Aristote. sibi contradicere; ꝓbabatur, quia hic in secundo textu à nobis notioribus dicit esse exordiendum, in primo textu, dixit à principijs. qui non distinguunt inter ordinem doctrinæ, & viam doctrinæ nunquam poterunt rectè euadere argumentum, at distinguendo inter illa duo, de facili respondetur. Nam in primo textu à pricipijs dicit esse exordiendũ, loquendo de ordine doctrinæ; in secundo textu dicit à nobis notioribus, habendo verba de via doctrinæ, siuè de modo addiscendi ipsa principia; quare non sibi Arist. erit repugnans. Dicebatur, dabitur ergo regressus in demonstratione, quem tamen confutauit in tertio capite primi Posterior. huic satisfaciam contradictioni inferius.

Sequitur textus tertius &c.

V LEC-

LECTIO XV.

S*Vnt autem primum nobis dilucida confusa magis &c.* Scientias omnes, & præcipuè naturalem philosophiam veluti in profundo pelago demersam esse existimauit Heraclytus, quia nihil certi in ea possumus habere de rebus ipsis naturalibus, propter earum continuam mutationem, ac variationem, cum nunquam in eodem permaneant statu, ac in eadem dispositione; vnde dicebat, quòd equus flumen ingrediens ad bibendum, non est idem, qui reuertitur à fluuio, cum non seruetur identitas partium eius, cum ipsę partes, & præcipuè materiales continuè fluant, & refluant. Oppositum autem Aristot. sentiens, cæpit nobis in tex. .1. declarare quomodo cognoscantur res naturales, dixitquè nos illas cognoscere ex suis principijs, de quibus primò erat determinandum; modum autem quem seruare debemus, ad hoc vt eorum cognitionem haberemus, docuit in .2. tex. prælecto, qui modus erat à nobis notioribus; quæ modo

sint

ſint illa, quæ ſunt nobis notiora, vult doce re in hoc præſenti tex. 3. & hoc eſt quòd in tendit. Dicitquè quòd magis confuſa ſunt ea, quæ ſunt nobis primò nota, ac manife-ſta, idcircò à confuſis ipſis erit exordien-dum; ex quorum cognitione generabitur cognitio principiorum, quæ ſunt natura no ta; ideò in textu dicit, poſterius autem fi-unt ex his nota elementa, & principia, no-bis diuidentibus hæc, ſcilicet, confuſa: reſol uendo enim confuſa in his, ex quibus con-ſtant, fiunt nota ipſa principia. Ex quibus verbis apparet veritas illius propoſitionis, Non enim eadem ſunt nobis, & natura no-ta. de qua ſuprà in tex. 2. Sunt verba adno-tanda. dicit, *Sunt autem primũ nota &c.* Illud pri mum dicit ordinem, non autem dignitatẽ, ideo hoc ſignificans Ariſto. dixit, *Poſterius autem fiunt ex his nota &c.* Addit *Confuſa magis* Confuſum dupliciter dicitur confuſum; vel quo ad ſenſum, vel quo ad intellectum; con fuſum quo ad ſenſum, dicitur compoſitum, quod compoſitum vocatur confuſum, quia confuſè continet ſuas partes. Confuſum quo ad intellectum, aliud eſt definibile,

quod ſic ab iſtis dicitur; & hoc tale eſt nomen, quod debet definiri, & hoc eſt quod dicit Ariſto. in .5 .tex. Suſtinent autem, & hoc nomina ad definitionem. aliud eſt cõfuſum quo ad intellectum, quod dicitur eſſentiale, quatenus componitur ex partibus ſuis eſſentialibus: aliud eſt confuſum, quod dicitur poteſtatiuum, & eſt illud, quod plura continet potentia, vt magis vniuerſale, reſpectu minus uniuerſalis. Crediderim hic Ariſt. per confuſa, intelligere quæcunque confuſa, cum cõfuſum dicatur reſpectu omnium, tam quo ad ſenſum, quàm quo ad intellectum; & ſic Ariſt. dicit confuſa ſunt nota nobis, ſiuè ſint confuſa quo ad ſenſum, ſiuè quo ad intellectum. Io. Gram. per confuſa, intelligere videtur indiuidua vaga; quod dictum non placet, cum ſcientia circa talia non verſetur, de indiuiduis enim nõ habetur ſcientia. Nec expoſitio Auerrois mihi placet, qui per confuſa, exponit compoſita, hæc enim expoſitio nimis limitat, ac coarctat verba Ariſt. nempè ad cognitionem principiorum; dictum autem Ariſt. eſt commune, cum ad quãcunque cognitioné

refe-

referatur. At si quis vellet Arist. dicta appli care ad cognitionem principiorum rerum naturalium tantum; tunc laudarem expositionem ipsius Auerrois. Addit in textu, *Posterius autem ex his diuidentibus*. Ex his, scilicet, cõfusis; diuidẽtibus, idest, resoluẽtibus, *Fiunt nota elementa, & principia*, vnum, & idem p elementa, & per principia intelligit, ideo illud, &, stabit expositiuè, &c. Sequitur tex. 4. in quo habet, *Vnde ab vniuersalibus ad singularia procedere oportet &c.* In quo textu, primò veram iudicio meo expositionem, quam semper sum insecutus afferam; deinde verba textus obscura adnotabo, dissoluamquè cõtradictiones quàmplurimas circa verba Arist. Dico itaq; ꝙ hic tex. 4. similiter & .5. hũc subsequens, separãdi sunt à praecedentibus: in quibus Arist. intendit ponere ordinem doctrinae inter ipsa met principia, qui à nobis erit seruãdus in cognitione horum principiorum; de quibus esse determinandum, dixit in .1. tex. & hunc ordinem non absquè ratione docet. Cum enim in philosophia naturali reperiantur principia magis vniuersalia, & minus vniuersalia, quis

Textus. 4. expositio.

ordo

ordo erit seruandus? hunc docens ordinem, dicit: vnde ab vniuersalibus ad singularia, idest, minus vniuersalia erit procedendum; sensusquè verborum textus erit talis, vnde ab vniuersalibus, idest, à proprietatibus magis vniuersalibus ipsorum principiorum, ad singularia, idest, ad proprietates minus vniuersales, quæ ipsis principijs conueniunt, procedere oportet in ordine doctrinæ; & hunc ordinem semper seruare Arist. lois suis adnotabimus. Nam ex proprietatibus, quæ cōueniunt vniuersaliter ipsis principijs; deuenit ad illas proprietates, quæ ipsis particulariter conueniunt; conuenit enim principijs, quòd sint vnum, vel quòd sint plura; Ideo in tex. 6. dicet, Necesse est, aut vnum esse principium, aut plura, cum hæc proprietas ipsis sit communis, ex qua progredietur ad proprietates particulares ipsis met principijs conuenientes. Similiter in tex. 57. huius. 1. Phys. proponens inquirere an duo, vel tria numero sint principia rerum naturalium, cum hoc haberet difficultatem, dixit, Sic igitur nos dicamus primum de omni generatione aggredientes,

tes, &c. ideſt, à generatione in communi, quam ibi diuidit in generationem naturalem, & in generationem artificialem; quam generationem naturalem ſubdiuidit in generationem ſubſtantialem, & accidentalẽ: artificialem etiam generationem ſubdiuidit, quia quædam fit per transfigurationem, quædam fit per appoſitionem, quædam per ſubtractionem, quædam per compoſitionẽ: & proprietates vniuſcuiuſquè declarat. quam concluſionem, nempè quòd à magis vniuerſalibus ad minus vniuerſalia procedere oporteat probat; & ratio eſt, quia magis vniuerſalia ſunt nobis notiora, à quibus magis vniuerſalibus eſt incipiendum, ita quòd ratio tota ſit hæc; à nobis notioribus eſt incipiendum, & ad notiora natura eſt procedendum, ſed magis vniuerſalia ſunt nobis notiora, minus vniuerſalibus, ergo à magis vniuerſalibus erit inchoandum, & ad minus vniuerſalia procedendum. Maior habita fuit in tex. 2. minorem probat tribus ſignis, vt omnes ferè dicunt. quorum primum eſt, Sicut ſe habet totum ſenſibile ex parte ſenſus, ſic ſe habet, & totum vniuer-

ſale

ſale ex parte intellectus; ſed totum ſenſibile ex parte ſenſus eſt nobis notius ſuis partibus, ergo & totum vniuerſale ſecundum intellectum erit notius nobis ſuis partibus. probat ſimilitudinem factam in maiori propoſitione, per illa verba, Vniuerſale enim totum quoddam eſt, & multa comprehendit vt partes. Minorem huius rationis propoſitionem, poſuit in textu, dum dixit, Totum enim ſecundum ſenſum notius eſt; Sequetur concluſio, ergo vniuerſale erit notius nobis ſecundum intellectum ſuis partibus. Addit *Suſtinent autem idem quodam modo hoc, & nomina ad diffinitionem*, In quo vltimo tex. huius procemij, addit duo alia ſigna ad probandum magis vniuerſalia eſſe nobis notiora minus vniuerſalibus; ideo dicit, ſuſtinent hoc idem nomina ad definitionem; ſenſus eſt, ſicut totum definitum ſecundum ſenſum eſt nobis notius ſuis partibus definientibus, ſic & vniuerſale erit nobis notius ſecundum intellectum ipſo ſingulari. ſi ſic, à magis vniuerſalibus ergo ad ſingularia, id eſt, ad minus vniuerſalia erit procedendum. probat aſſumptum, quia circulus, qui eſt

Textus. 5. expoſitio.

nomen, quod definitur est nobis notior secundum sensum suis partibus, quę ponuntur in definitione ipsius circuli; & hoc quia circulus in se continet confusè omnia, quæ definitio distinctè explicat. ideo apposuit in textu illa verba; Definitio autē ipsius diuidit in singula; quod dictū patet, nā definiatur circulus, dicemus: Circulus est figura vnica linea cōtenta, à cuius centro ad circū ferentiam omnes lineę ductę sunt ęquales. Circulus in se confusè continet has omnes partes, quas definitio circuli distinctè explicat. Tertium, & vltimū signum, quo probat vniuersalia esse nobis notiora singularibus, est sumptū à prima ętate nostra; nā pueri in sua prima ętate, nempè in infantia, appellant omnē virum patrem, & omnem mulierem matrem: pósterius autem determinant horum vnum quodquè, idest, procedentes ad vlteriorem ętatem distinguūt verum patrem ab aliis hominibus, & veram matrem similiter distinguunt, separantquè ab aliis mulieribus; ex quo signo sequitur vniuersale esse nobis notius ipso singulari; & à nobis notioribus est incipiendum, pro-

cedendũ quę ad notiora natura; ergo à magis vniuersalibus, ad minus vniuersalia, erit progrediendum. Sed reuertamur super textum, declarando verba obscura. Notandũ est in textu. 4. dicit Aristot. *Vniuersale totum quoddam est.* apponit illam particulam, quoddam, non dicit absolutè quòd vniuersale sit totum; quia propriè loquendo, vniuersale non dicitur totum: & huius ratio est, quia totum est compositum, at vniuersale est simplex; & qãto magis vniuersale est, tanto magis simplex est; si ergo vniuersale dicitur totum ab Aristot. non dicitur totum absolutè, sed totum quoddam: dicamus quòd vniuersale dicitur totum, per quamdam similitudinem, quia sicut totum continet sub se ipsas partes; sic & vniuersale sub se continet ipsa singularia. Nec est, quòd quis tũc obiiciat: si vniuersale sub se cõtinet ipsa singularia, ergo est compositum: hæc instantia nullius est momenti, quia illa continentia, est potentialis, vt docuit Porphyrius in cap. de differentia; dum dixit quod differentia, est qua species abundat à genere, idest, est qua Species superat ipsum genus; quia species

plures continet differentias, quàm contineat genus. Et si quis obiiceret, non ne genus, vt animal, plures continet differentias, quàm species, ut homo; dixit Porphyrius, quod illa continentia erat potentialis; at continentia speciei, est actualis; nam animal actu nec rationale, nec irrationale, sed potentia erat vtrumque: homo verò actu rationalis, actuque mortalis erat. sicque in proposito erit dicendum; cum ergò hæc continentia, qua vniuersale plura continet, sit potentialis, non actualis, sequitur quòd vniuersale semper sit simplex, quarè propriè non dicatur totum, sed totum quoddam: Notandum est etiam vniuersale dici totum, ac multa comprehendere, stat dupliciter; vel respectu superiorum, & dicitur totum actuale: vel respectu inferiorum, & dicitur totum potentiale: & hoc secundo modo accipit vniuersale, & vocat ipsum totum quoddam, ac potentiale. Ex quo tunc patet quàm extra propositum, & vanè sit mota illa quæstio de primo cognito hic ab expositoribus; quia cum Arist. loquatur de toto potentiali, quod est nobis primò cogni-

tum: nullus est, qui dubitet, vniuersale v; totum quoddam potentiale, esse primò cognitum à nobis ipso singulari, imo omnes asserũt ita esse. illam tamẽ difficultatem, nè uidear onus subterfugere, pertractabo.

LECTIO XVI.

SVper tex. 4. & 5. in quibus ponebat ordinem doctrinę, à nobis obseruandum in cognitione principiorum; quosquè diximus esse separandos à præcedentibus, occurrunt quàm plurima ad notanda, de quibus in præsenti dicemus. Primò est notandum in tex. 4. super illa verba, *Totum enim secundum sensum.* quòd omnes expositores conueniunt Aristot. probare vniuersale esse nobis notius; sed quanam via hoc probet sunt discordes; Auerroes voluit primam rationem esse à causa, fortè persuasus dicto Aristotelis in libello de sensu, & sensibili, in quo dicebat, omnẽ nostram cognitionem ortum ducere à sensu, & 3. de Anima; Nihil est in itellectu quin prius fue

rit in sensu. & etiam persuasus dicto Aristo, 1. Poster. cap. 16. vbi dixit, Deficiente sensu, deficit scientia, quæ habetur per illum sensum. ex qbus dictis sequi videtur, quòd sensus sit causa cognitionis huius, quę est in intellectu; & ideò fortassè propter hoc voluit rationem illam primam esse à causa. At D. Thomas rectius iudicans, simul cũ Græcis expositoribus, dixit, illam rationem esse à signo; quam expositionem tamquam rectiorem & ego insecutus sum, dixi què tribus signis probare Arist. uniuersalia esse notiora nobis, ipsis singularibus. dicta autem sumpta ab Aristot. & adducta pro Auerroe nihil cogunt contra expositionẽ D. Thomæ; nam licet omnis nostra cognitio ortũ ducat à sensu; licet etiã nihil sit in intellectu, quin prius fuerit in sensu; licet etiã deficiente sensu, &c. ob hoc non est dicendũ quòd sensus sit causa huius cognitionis, quæ est in intellectu, & istius prioritatis; quia vt notum est, intellectus habet aliud obiectum, ab obiecto sensus; nam obiectũ intellectus est vniuersale obiectum verò sensus est singulare; quæ obiecta etiam alio, & alio mo-

alio modo percipiuntur ab ipſis: vniuerſale enim percipitur ab intellectu vt abſtractū à materia, è contra ſingulare percipitur à ſenſu, ut in materia eſt; & quod prius à ſenſu percipitur, poſterius ab ipſo ītellectu; quare illæ authoritates nihil cogunt. Notandum eſt etiam cum Ariſt. dicit, Totum ſecūdum ſenſum eſſe notius ſuis partibus; videtur poſſe colligi, totū eſſe realiter diſtinctum à ſuis partibus, quòd declaratur, Nam cum Ariſtot. dicit, Totum ſecūdum ſenſum eſſe notius ſuis partibus, vtitur gradu comparatiuo, qui gradus comparatiuus præſuppo- nit poſitiuū, ergò licebit inferre partes eſſe minus notas ipſo toto; & ſi minus notæ ſunt ipſo toto, ergò realiter diſtinctæ ab ipſo toto, aliter ſi eſſent eædem cum toto realiter, ſequeretur idem eſſe notum, & ignotum, quòd eſt abſurdum. Si quis vellet alteri opi oni adhærere .ſ. quòd partes non ſint diſtinctæ realiter à toto; dicat hoc nequaq̃ poſſe hic colligi, quia qui dicūt, totum non diſtingui à partibus loquuntur de partibus ſimul ſumptis, quæ partes ſimul ſumptæ, & totum ſunt idem, quamobrem ad argu-

mentum respondendo; erit negandum, totum secundũ sensum esse notius suis partibus simul sumptis; sed quid ad Aristot. hic erit respondendum dicentem, Totum secundum sensum esse notius suis partibus. dicendum erit, totum esse notius suis partibus seorsim, ac diuisim sumptis. Notandum est etiam vnum aliud super eadem verba; Totum secundum sensum est notius suis partibus; posse colligi vnum, quod est contra id, quòd dicitur; quòd si cumulus granorum milij cadat, sonus totius cumuli sentietur, sonus verò partium non percipietur, vt sonus cuiuslibet grani cadentis, non sentietur; colligitur ex textu totum oppositum immo sonus causatus à quolibet grano cadente sentietur, seu quodlibet granum cadens causabit sonum sensibilem; at dicas quòd minorẽ causabit sonum, seu quod sonus causatus à grano cadente minus sentietur; Si quis uellet oppositum tueri, debet dicere, Aristotelẽ fecisse comparationem totius ad partes sensibiles, at illæ seorsim sumptæ partes illius cumuli granorũ milij, sunt veluti insensibiles, ideo nõ causabunt sonũ.

Sed

An totum sensibile sit notius suis partibus.

Sed quis dubitabit circa hoc dictum Aristote. an totum sensibile sit notius suis partibus, & videtur quòd non; Primò quia hoc sensui videtur repugnare; quòd probatur, quia si offeratur aliqua tota multitudo, exempli gratia, hominum, non nè prius percipio vnum hominem, quàm plures? eccè ergò quòd sensus uisus docet oppositum, partes nempè esse toto notiores. confirmatur argumentum, afferatur aliquod totum magnũ, quid ꝓhibet vt uisu prius percipiamus partem, quàm totum; ut pedem, vel manum, uel caput; quàm ipsum totum? cum ergo hoc sit possibile, uidetur ergò partes notiores esse ipso toto, apud sensum. secundo argumentor principaliter, secundũ Arist. in libello de sensu, & sensibili, uersus finem, & est secundũ Diuũ Thomam in Lectio. 15. & probo quòd partes secundum sensum, sint notiores ipso toto, hac ratione: Sicut se habet sensus ad motum factũ super magnitudinem, sic se habet sensus uisus ad ipsum colorem; at sensus prius percipit partem motus facti in magnitudine, quàm percipiat totum motum, ergò & sensus uisus prius

per-

percipiet partem coloris, ut potè albedinem, vel nigredinem, antequã percipiat totum colorem; si sic, partes ergò secundum sensum erunt notiores ipso toto. cuius tamen oppositũ, manifestè dicit in textu Aristot. cum apertissimis uerbis dicat, Totum sensibile esse notius suis partibus. Respondeo his rationibus, & primò primæ, dico quę, Totum integrale secundum sensum esse notius suis partibus, at multitudo hominum, vel alia multitudo, non est totum integrale, sed est totum discretum, in quo toto discreto quęlibet pars habet rationem totius, & ideò illa pars non percipitur sub ratione qua pars, sed sub ratione totius, & ut illa pars totum quoddã est. Similiter ad confirmationem primi argumenti; dico quòd illa pars non percipitur quatenus pars, sed quatenus totum, sicquè semper sub ratione totius. Ad tertium, neganda est similitudo, quia partes coloris, vt potè albedinis, vel nigredinis, sunt partes potentiales, & non actuales; Sed partes motus in magnitudine sunt actuales; in magnitudine enim signantur partes actu, & non potentia; ali-

ter sequeretur argumentũ Zenonis, de quo Aristote.in.6. Phys. quo probabat nullum mobile pertransire aliquã magnitudinem; eo quia magnitudo est diuisibilis in partes; & quęlibet pars est diuisibilis in infinitum; & infinitum non potest pertransiri. quam opinionem confutauit Arist.quia assumuntur partes actuales magnitudinis,& non potentiales, vt ipse Zeno assumebat; & accipiendo partes actuales, sic pertransitur tota magnitudo, & per consequens motus est. Sed adhuc quis obiiciet, quòd adhuc sequitur partes esse notiores toto, ratione hac: quia pars motus prius percipitur à sensu, quã totus motus; si sic, ergò pars erit notior ipso toto. respõdeo, quòd licet pars motus prius percipiatur quã totus motus; ob hoc non sequitur quòd pars sit notior ipso toto; & huius ratio est, quia illa pars motus quæ percipitur à sensu, non percipitur sub ratione qua pars motus est: sed sub ratione totius motus, ideo est totus motus; & huius ratio est, quia de motu non habemus nisi mutatum esse, quod mutatum esse, est principium, & finis motus; ideò habemus totum motum,

tum, cum habeamus principium, ac finem motus; sicut enim de tempore nõ habemus nisi ipsum instans, quod instans est principium, & finis temporis; & per consequens habemus totum tempus, quia instans illud habet rationem temporis; sic & mutatum esse habet rationem totius motus; quare nõ prius percipietur pars motus à sensu, quàm totus motus, cum quælibet pars percipiatur sub ratione totius; & sic semper sequetur totum secundum sensum notius esse suis partibus. Et si quis quærat causam, cur totum sensibile sit notius suis partibus apud sensum, dicat cum Aegidio, qui eam assignat ex perspectiuis, & est talis, quòd cum visio fiat per intus susceptionem speciei rei visæ, tunc radij prodeuntes à re visa ad oculum, causant figuram pyramidalem, cuius cuspis est in oculo, basis verò est in re visa, quæ occupat totam rem visam: ideò sequitur virtutem visiuam oculi prius uidere totum, quàm partes: & per consequens sequitur totum secundum sensum fore notius suis partibus. In tex. 5. istius proœmij, Sustinent autem hoc idem quodammodo, & no

mina ad rationem. Adnotetur quare addiderit Aristot. in textu illud, quodam modo, cuius ratio est, quia diuersa est ratio totius ex parte sensus, & ex parte intellectus; & ideò supra tex. 4. dixit vniuersale totũ quoddam est, apposuit illud quoddam, vt daret intelligere; vniuersale propriè non esse totum, sicut adnotauimus; sic & in pręsenti dicit, quòd vniuersale quod diffinitur sustinet idem quodammodo, addit, quodammodo, vt significet hanc diuersam rationem totius ex parte sensus, & ex parte intellectus; nam ex parte sensus ipsum totum sensibile, est totum actuale, ex cuius esse sequitur esse partiũ; at totũ vniuersale ex parte intellectus, est totum potentiale, ex esse cuius, non sequitur esse suorum inferiorum: Et sic erit finis istius procemij quo ad expositionem literę; in quo tria principaliter habuimus, In primo tex. posuit intentionem suam, quæ fuit tractare de principiis scientiæ naturalis; causam quoquè intentionis addidit, vt vidimus: In tex. 2. posuit viã doctrinę, idest, modum addiscendi ipsa principia; qui erat à nobis notioribus: & quæ essent hæc nobis

notiora exposuit in tex. 3. dicens esse ipsa confusa magis. In tertia & vltima parte huius procemij docuit ordinem doctrinę, quæ vltima pars cõtinebatur in tex. 4. & 5. quos nunc ultimò declarauimus: ordo doctrinæ fuit quòd à magis vniuersalibus est inchoandum, & procedẽdum est ad singularia, idest, ad minus vniuersalia. Cuius ordinis causa fuit, quia magis vniuersalia sunt nobis notiora, quàm conclusionem, probauit tribus signis iam expositis. Sed contra hanc expositionem instat Diuus Thomas tribus argumentis, primo, sic exponentes hos vltimos duos textus, diuellunt uerba cõtextus Aristote. cum hi textus sint coniungendi insimul ad vnam intentionem; huic primæ instantiæ respondeo, quòd profectò ita est, quòd Auer. ac Them. quorum expositionem sum insecutus, separant hos contextus adinuicem, eò quia quæ dicit Aristote. omnia non coniungit ad vnam intentionẽ, & ad vnum sensum, sed ad duas intentiones, secundũ quòd duo intendebat docere; viã. s. doctrinę in tex. 2. & 3. & ordinem doctrinæ in. 4. & 5. & sic quòd habet ipse Diuus

uus Thomas pro inconuenienti, non est in cõueniens. Fuit eius secũda instantia, quòd tex. 2. non erat exponendus de via doctrinę, sicut nos exposuimus; quia hanc doctrinæ viam ponet Aristote. in secundo Phys. libro, nam ponet, dicit ipse, viam demonstrationis, qua vtitur Phylos. naturalis. sed vbi in 2. Physi. posuerit hanc doctrinæ uiam, ipse nõ declarat quare &c. Tertia instantia eius hęc est, quòd Auer. per confusa non poterit rectè exponere composita, cum confusum sit quid indistinctum, quod non conuenit composito. iam supra exposui quid per confusum esset intelligendum, dico tamen quòd Auer. per confusum poterit intelligere compositum, quatenus ipsum compositum notitia cõfusa est à nobis prius cognitum suis partibus; cum enim ab effectu procedimus, seu ab ipso composito, in nobis fit notitia confusa: Insequenti, contradictiones, quæ occurrunt in verbis Aristote. adducemus, & declarabimus; &c.

LECTIO

LECTIO. XVII.

QVoniam veritas dilucidior, clariorquè reddi solet dilucidatis iis dubitationibus, quæ ipsam obscurare, ac ifirmare possunt; ideo posteaquã verba Arist. ex posuimus, non omittamus dubitationes declarare: quę veritatẽ ipsam possent perturbare, verum à leuioribus exordium sumamus, & primò quis poterit ratiõabiliter dubitare circa expositionem textus. 4. à nobis adductam, & inquirere; quomodo iste textus posit separari à præcedentibus, cum Aristo. vtatur particula illatiua, Vndè, seu, Quapropter, & sic quomodocunquè exponatur, seu de via doctrinę; siuè de ordine, nõ videtur quòd sit separandus à præcedentibus. Amplius, dictum est Aristo. ponere ordinẽ doctrinę in. 4. textu; contra, quia hunc ordinem doctrinæ posuit in. 1. tex. cum dixit exordiendum esse à principiis; quarè sequitur quòd aut iste textus sit supfluus, aut primus, nullum horum tamen est dicẽdum. Primæ satisfacio; & dico cum Auer. quòd

illa

illa particula, Vnde, vel Quapropter, non vsus est Aristot. vt illatiua, sed vt redditiua causæ, ita quòd reddit causam, cur ĩ ordine doctrinæ à magis vniuersalibus ad minus vniuersalia sit procedendum: & sic videtur dicere; sicut in via doctrinę procedimus à confusis, quia talia sunt nobis notiora; à quibus nobis notioribus est incipiendum, sic & in ordine doctrinæ à magis vniuersalibus, ad minus vniuersalia est procedendum; quia magis vniuersalia sunt nobis notiora. At dicet ille, si uera est hæc responsio, ĩdem ergò erit nobis & natura notius. dico quòd aliquãdo hoc est uerum, & præcipuè cum demonstramus effectum per causam, causa tũc est notior natura; est etiam nobis notior, quia sumus nos, qui facimus talem demõstrationem. Vel dicas quòd eadẽ sunt notiora natura, & nobis. s. exercitatis, sicut declarabo infrà, dũ examinabo quæstionem illam, quomodo eadem sint nobis, & natura nota, & quomodo non; pro nũc hęc sat sint. Secũdo argumento satisfacio; negando consequentiã, nam & si in. 1. tex. posuerit ordinem, posuit tamen ibi ordinem inter principia, & alii prin-

principiata; dixit què, esse prius tractãdum de principiis: at in tex. 4. locutus est de ordine inter ipsamet principia; cum enim principiorum quædam magis uniuersalia sint, quædam minus; à magis vniuersalibus ad minus vniuersalia dixit esse procedendum, modo quo expositũ fuit. Secundò principaliter dubito in verbis Ariste. dicẽtis, Vnde ab vniuersalibus ad singularia. i. à proprietatibus magis cõmunibus, quæ ipsis principiis conueniunt, ad proprietates eorũdem minus communes est procedendum. Contra Aristot. primo de partibus Animalium cap. 1. dubitat; An ex proprietatibus communibus animalium ad proprias sit procedendum, vel e contra; soluens dubitationẽ, dicit hoc nondum esse determinatum, modò si hoc nõdum est determinatum, quomodo ergò dicere possumus Aristote. posuisse ordinem doctrinę. Amplius, hic dicit ab vniuersalibus ad singularia esse procedendum; oppositum colligitur ab Arist. 2. Post. cap. 15. dũ dixit, Facilius est definire singulare, quã vniuersale; si sic, ergò à singularibus ad vniuersalia erit ꝑgrediendum. Cõfirmatur,

quia Aristot. non seruat talem ordinem .s. ab vniuersalibus ad singnlaria, sed benè e cõtra; nam. 3 .Phys. volens probare non dari corpus infinitum, primò probat quòd nullum corpus simplex posit esse infinitum, deinde quòd nullũ corpus mixtũ posit esse infinitum; & sic cõcludit propositũ, nullum corpus esse infinitũ; ecce ergo quòd nõ seruat ordinem hunc ab vniuersalibus, ad singularia; sed e contra, à minus vniuersalibus ad magis vniuersalia ꝓgreditur; quòd etiã confirmatur ex ordine, quem seruat Aristo. in. 2. de Anima, tractans de quinque sensibus. Primò tradit notitiam de sensu visus, deinde de sensu auditus, & de aliis, vltimò de tactu agit; & tamen tactus est cęteris cõmunior. Primæ satisfacio, & dico Aristot. dixisse nondum esse determinatum, an procedendum sit à communibus proprietatibus animalium, ad proprias; dico hoc non dum esse determinantum, nempè ab antiquis, est intelligendum; sic exponerem eius verba. & si aliquis proteruiendo velit, vt illa verba referantur ad Arist. ita quòd hoc non dum sit determinatum. s. ab Aristot. Dicerẽ

tunc

tunc quòd talis ordo non est determinatus respectu animalium: at quòd ordo principiorum nondum sit determinatus ab Aristot. illa authoritas hoc non probabit. Secundę contradictioni respōdeo, & dico; quòd semper ab vniuersalibus ad singularia est procedendum, dūmodo in illo vniuersali non sit ęquiuocatio; cū oppositum probatur, quia ex verbis Arist. 2. Post. cap. 15. Facilius est definire singulare, quàm vniuersale, ergò à singulari ad vniuersale erit procedendum, dico hoc esse verum, quando ipsum vniuersale erit ęquiuocum, & hęc solutio colligitur ex Arist. verbis ibi in. 2. Post. loco citato, nam postquam dixit quòd facilius est definire singulare quàm vniuersale, addidit huius dicti rationem, dixitquè; Nam in vniuersali latent ęquiuocationes. Quotiescunquè ergò vniuersale erit ęquiuocum, tunc à singulari ad vniuersale procedemus; at si non sit ęquiuocum, seu in ipso non lateant ęquiuocationes, semp ab vniuersalibus ad singularia erit procedendum. Ad confirmationē primam, quia oppositum seruat in. 3. Phy. dico quòd permutauit ordinem ad hoc, vt

illa ratio esset clarior. ad aliam confirmatio nem desumptã ex. 2. de Anima, quia tactus est cæteris sensibus cõmunior, & tamen de eo vltimo pertractauit. dico quòd sensus tactus dicitur aliis sensibus communior, quatenus pluribus conuenit, quàm alij sensus; at simpliciter, non est cæteris communior; vel dicamus quòd ibi Aristo. secutus fuit ordinem perfectionis, vt etiam dixit Auer. at hic locutus est de ordine doctrinæ. Tertiò principaliter videtur Arist. sibi ipsi contra dicere; nã hic dicit ab vniuersalibus ad singularia esse procedendum; cuius dicti ratio fuit, quia vniuersalia sunt nobis notiora: cuius oppositũ primo Post. cap. 2. dicit, quòd sunt notiora natura. Item. 1. Metaph. dixit, vniuersalia esse difficillima cognitu, quomodo ergò sunt notiora nobis? amplius vniuersale est à sensibus ualde remotũ, quomodo ergò nobis notius? amplius secundo Post. cap. 15. Facilius est difinire singulare quàm vniuersale, si sic, ergo singulare erit nobis notius. His cõtradictionibus respondeo, & primò primę, dicoquè, quòd vniuersale dupliciter consideratur, vnomodo, vt

vniuer-

vniuersale est, & sic est natura notius; alio modo sub ratione, qua quoddam totum est; & sic est nobis notius; & sic hic locutus est de vniuersali: ideò dixit, vninersale totum quoddam est, pondera illa verba, & solutio erit clara, ex eius met verbis: vel dicamus quòd cũ hic dicit vniuersalia esse nobis notiora, per vniuersalia intellexit proprietates vniuersales, quæ sunt nobis notiores, quia confusæ sunt; quæ confusa sunt nobis notiora: at primo Post. cap. 2. per vniuersalia, intelligebat causas vniuersales, idest, ꝓpositiones, quę sunt causę demonstrationis, cuius signum est, quia ibi dixit demonstrationem cõstare ex causis. omitto nunc aliorum solutiones ad hanc contradictionem; prima enim solutio, satis recta est, cum ab ipsomet Aristot. sit desumpta. Cum dicitur vniuersalia esse cognitu difficillima. 1. Metaph. Dico quòd ibi locutus fuit Aristot. de vniuersali ante multa, quod sic à Gręcis dicitur, à Latinis vniuersalę in causando, vt est Deus, ac materia prima; at hic loquitur de vniuersali, vt totum quoddã est. Vel per vniuersale, intelligit proprietates commu-

nes ipsorum principiorum, quæ cum sint confusę, sunt nobis notiores. Similiter dico ad aliam instantiam, vniuersale esse à sensibus valdè remotum, pro vt vniuersale est, ac in natura propria acceptum; pro vt verò totum quoddã est, sic est nobis notius. Vltimò dicebatur, Facilius est definire singulare, quàm vniuersale, ex Aristot. sententia. 2. Post. Dico, vt dictũ est, quòd vniuersale vt quoddam totum est, ac quoddam confusum sic esse nobis notius, at singulare, idest, minus vniuersale quo ad definitionem, est facilius cognitu ipso magis vniuersali, ac nobis notius; præcipuè cum lateant in ipso magis vniuersali ęquiuocationes. Alij dicunt, Aristot. 2. Post. locutum fuisse ex aliorum sententia. quę solutio non placet, tum quia est fuga miserorum: tum etiã, quia ibi Arist. ex ꝓposito docet definire ipsum magis vniuersale, ac minus vniuersale. Quartò principaliter dubitauit Alex. in verbis Arist. ꝑ vt recitat hic Simplicius, nam Aristo. dixit, vniuersale esse nobis notius, cõtra dicit Alex. vniuersale est notius natura, quòd hac ratione ꝓbat; illud à quo

non conuertitur subsistendi consequentia, illud est natura notius, magis vniuersale est huiusmodi, ergò notius natura, ergò nō est nobis notius. amplius, id quòd pro sui cognitione alio non eget, id est natura notius; ex Aristo. sententia. 6. Topi. magis vniuersale est huiusmodi, ergò; stando in fundamē to prius declarato, sic responderem ad has rationes, & dicerem, quòd magis vniuersale comparatum minus vniuersali, duobus cōsiderari potest modis; vno modo vt confusum, ac totum quoddam est, & sic est nobis notius, & posterius natura ipso minus vniuersali; & sic ipsū cōsiderauit hic Arist. alio potest modo considerari, nempè vt vniuersale est, ac quatenus ipsum magis vniuersale ponitur in definitione ipsius minus vniuersalis; & hoc modo est notius natura: explicat enim ac declarat minus vniuersale, & non conuertitur subsistendi consequentia, & sic dicitur tunc esse nobis ignotius; sed dicet ille, quomodò hoc magis vniuersale potest à nobis concipi, vt cōfusum ac totum quoddam? quia cum dico animal non dico quid confu sum, vt videtur dicere

Io. Gram. immo tũc dico quid distinctum; decipitur Io. Gram. quia magis vniuersale, dicitur confusum. s. vt plura continet tamquam partes, & sic etiam totum quoddam est; at in natura propria, vtquè vniuersale est, sic erit distinctum, & natura notius. Alij dicunt, ipsum magis vniuersale esse natura, & nobis notius, quia stat quòd idem sit nobis, & natura notius; quæ responsio primum videtur Aristo. repugnare, dicenti, nõ eadem esse nobis, & natura nota; quomodò autem hoc contingat, dicemus in quæstione propria; & insuper disputabimus an magis vniuersale sit nobis notius ipso minus vniuersali, in quęstione de primo cognito. Aliter videtur Simplicius respondere huic dubitationi, ait enim vniuersale sumptum pro quadam tenui similitudine deducta à singularibus, quæ non per se subsistit, esse nobis notius; at vniuersale sumptum, pro vt continet ipsa singularia, sic esse notius natura. quę solutio non placet, tũ quia hic Arist. nõ considerat illud vniuersale sumptũ ꝑ illa tenui similitudine, quia potius spectat ad ipsum animasticum; tum quia vniuersale vt

conti-

cōtinet ipsa singularia, est nobis notius. nec solutio Ioannis Gram. placet, qui dicit, vniuersalia, quatenus vniuersalia, esse notiora natura, at vniuersalia, sumpta pro minus vniuersalibus, esse nobis notiora. & si quis obiiciat, qui fieri potest quòd vniuersalia, qua vniuersalia sint notiora natura, cum natura semper intendat ipsum singulare? respōdet Io. Gram. duplicē esse naturā; aliam cōmunem, aliam particularem: vniuersalia sunt notiora naturæ communi, singularia verò naturæ particulari. Sed contra, quia natura non cognoscit quicquam, ergò &c. Amplius, quid per naturam communem intelligit? nil aliud potest intelligere, quàm Deum, quare tunc Deus intelligeret omnia cōfusè, quòd non est rectè dictum; & si quid aliud intelligat per naturam communem; quodcunque intelligat erit quid fictitium; quare &c. Erunt non nullæ aliæ dubitationes, de quibus in sequenti.

LECTIO. XVIII.

SVper tex. 5. huc vsquè multas adduximus contradictiones, quibus etiam satisfecimus; adhuc veniunt non nullæ aliç contradictiones, ac dubitationes declarandæ. & in primis est dubitatio tacta hic ab Auer. in com. 5. nam Aristot. in verbis suis videtur idem bis inutiliter repetere, supra enim in tex. 3. dixit confusa magis esse nobis notiora, per confusa ibi intelligebat composita, & species: hic modo in tex. 5. dicit sustinent autem, & hoc idem quodammodo nomina ad definitionem. per quç nomina, intelligit idem, nempè composita seu species; cum hçc sola sint, quç definiuntur; quare superfluus videtur Aristot. Ex nostra expositiõe cessat hçc difficultas, diximus enim, per confusa, Aristot. intelligere omnia confusa, & quo ad sensum, & quo ad intellectum: cum confusum de omnibus his dicatur. Auer. soluens hanc dubitationem, concedit quòd ibi, & hic, idem intelligat, ob hoc tamen Aristot. non erit in

suis

ſuis verbis ſuperfluus; nam ibi locutus fuit de ſpeciebus in compraratione ad ſuas partes, quæ ſunt cauſę; hic verò loquitur de ſpeciebus comparando illas ad partes definitiuas, nempè ad genus, ac differentias. quæ ſolutio rectè verbis Ariſtot. accomodatur.

Extat adhuc alia in dictis Ariſtote. contradictio, cum dicat, Suſtinent autem idem quodammodo hoc, & nomina ad definitionem. In quibus verbis vult totum definitũ notius eſſe ſuis partibus definitiuis. Cuius oppoſitum.6. Top. voluit dicens, omnem definitionem dandam eſſe per notiora: ex quo dicto ſequitur partes definitiuas ipſo toto fore notiores. Dicendum eſt totum definitũ notius eſſe ſuis partibus definitiuis, notitia confuſa; e contra partes definitiuæ erunt notiores ipſo toto, notitia diſtincta: quę ſolutio colligitur ex verbis Ariſtot. ibi in textu, cum dicit, Totum enim quoddam & indiſtinctè ſignificat circulus; definitio verò ipſius diuidit in ſingula; ſi circulus, qui eſt nomen definiendũ, indiſtinctè ſignificat illud, quod à tota definitione diuidente in ſingula ſignificatur: ſequitur ergò, totũ de-

An totum definitũ ſit notius partibus definitionis, uel e contra an partes. diffinitionis ſint notiores ipſo definito.

finitum notius esse suis partibus definitiuis notitia confusa; e contra partes definitionis erunt notiores toto definito, notitia distincta: omitto alias solutiones cum hæc sit ipsius Arist. qua nulla melior potest afferri. nã cum dubitationes, & contradictiones in verbis Aristo. contingentes, per ipsummet Aristot. tollere possumus, omnes aliæ sunt omittendæ solutiones. Extat adhuc aliud considerandum super tertium, & vltimum signum, quo ꝓbabat, magis vniuersale esse nobis notius, dixit, & pueri appellant oẽs homines patres, &c. Dubitarunt expositores, an hæc cognitio, qua pueri vocant omnes homines patres, omnes mulieres matres, sit cognitio ipsius intellectus, vel ipsius sensus. quòd talis cognitio sit ipsius intellectus, possumus probare ex Auer. qui in fine cõm. 5, dixit, Pueri namquè in principio suæ comprehensionis existimant omnem hominem patrem, & omnem mulierem matrem, & cum vigoratur eorum intellectus, cognoscunt patrem inter cęteros homines, & quæ sequuntur; ex quibus verbis videtur posse rectè colligi, talem cognitionem esse

An cognitio qua pueri uocant oẽs homines patres, & & oẽs mulieres matres, sit cognitio sensus, uel intellectus.

ipsius

ipsius intellectus. idem confirmari potest ex Platone qui in dialogo Memnonis, probat puerum discurrere: at si puer discurrit, ergò intellectu vtitur; tum quia, natura nihil frustrà facit, si ergò pueri tunc non vterentur intellectu, ergò intellectus tunc temporis in illis videbitur esse frustra. Oppositum autem probatur per Aristo.in.2. Phys. in de casu, & fortuna text. 59. vbi ponens differentiam inter Casum,& Fortunam; voluit fortunam accidere illis,qui agunt à proposito,& secundum intellectum, casum verò vtrisque, & agentibus per intellectum, & absque intellectu;addidit quòd pueris nihil accidit à fortuna,si sic,ergò pueri non agent per intellectũ, & per consequens talis cognitio nõ erit in ipsis ratione intellectus. Confirmatur quia nõ possumus intelligere absquè sensu, modò cum in pueris defluant rerum similitudines ob nimiam ipsorum humiditaté, tũc ergò talis cognitio in ipsis ratione intellectus nõ erit. Quarè dico quòd talis cognitio puerorum secundum Aristo. est à sensu. argumentisquè in oppositum satisfacio; erat primum sumptum ex verbis

Auer.

Auer. dicentis, cum intellectus ipsorum vigoratur, & c. Primò possum dicere Auerroem errasse, cum intellectus nullo modo vigoretur, sicut etiam in intelligendo nullo modo defatigatur; cum sit virtus immaterialis, nullaquè virtus immaterialis defatigetur, nec vigoretur. & si volumus tueri Auer. dicamus, quòd illa cognitio est ipsius intellectus, non agentis, nequè intellectus possibilis; sed est cognitio intellectus patibilis, q. ab Auer. vocatur cogitatiua virtus; quę propriè loquendo, est vna potentia sensus interioris. ad auctoritatē Platonis. Dicō, vel quòd Plato fuit illius opinionis; Vel, & melius, dico, quòd Plato per puerum intelligit adultū, septem, vel octo annorum, at Aristot. per puerum intelligit infantem, qui duos, vel tres agat annos. Fuit ultimum argumētum; quòd si talis cognitio non est ab intellectu, tunc in illis frustrà erit intellectus: neganda est hęc consequentia; ad eius probationem, cum dicitur quòd erit frustra, quia non exercet suas operationes: hoc nihil est, quia licet non intelligat, dat tamen illi esse; quarè non erit in pueris frustra. Si

quis

quis autem vellet oppositum tueri, etiam potest, cùm illæ rationes non sint demonstratiuæ; verum est, quòd prima determinatio mihi magis placet. Superest vnum aliud adnotandum super hoc proœmio, & præcipuè ex sententia Auerrois, cuius expositionem insecuti summus. Auerroes in hoc proœmio ponit Philosophum naturalem duplici procedere processu; quorum vnus est à nobis notioribus, ex quo processu principia sunt addiscenda: alter processus est à principiis, siuè à causis, à quibus dixit esse incipiendum. quibus duobus stantibus, tunc dicet ille, sequetur ergò dari regressum in demonstratione, quem regressum negauit Aristot. 3. cap. primi Post. Ea, quæ faciunt ad propositum nunc tantum intendo afferre, quia examinare hanc difficultatem de regressu demonstratiuo an detur, nec nè, spectat ad logicos. Dico ergò quòd in doctrina Aristo. datur regressus in demonstratione. Sed notandum est quid significet iste regressus: dico quòd regressus iste nil aliud importat, quàm duos processus, quorum primus est ab effectu ad causam;

An detur regressus in demonstratione.

ſam; ſecundus à cauſa ad effectum. Et ſic regreſſus in demonſtratione, erit diſtinctus à demonſtratione circulari, quę dicit duplicem proceſſum quoquè; ſed vterque proceſſus in ea, eſt à cauſa, Quòd iſte regreſſus detur in doctrina Ariſtote. probo; & primò auctoritatibus Ariſto. deſumptis in Logica facultate. 1. Poſt. cap. 12. ponens differentiam inter ſcire quia, & ſcire propter quid, dixit quòd ſcire quia, eſt cum procedimus ab effectu, e contra eſt ſcire propter quid; & dat exempla, nam ſi demonſtremus quòd planetæ ſunt propè, quia non ſcintillant, tunc eſt demonſtratio quia; at ſi e contra, quòd non ſcintillant, quia ſunt propè, tunc eſt demonſtratio propter quid. Amplius in. 2. Poſt. verſus vltimum, quærebat Ariſtot. an poſita cauſa ponatur effectus; & e contra, an poſito effectu ponatur cauſa, cõcludit quòd ſic, licet hoc nõ ſemper ſit verũ in omnibus. In Philoſo. Naturali ſępe vſus eſt hoc regreſſu, nam. 8. Phy. demonſtrauit primum motorem eſſe æternum, eo quia motus erat ęternus; & e contra, motum eſſe ęternum, quia primus motor eſt æternus. In

primo

de anima tex. 11. dixit accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendum quod quid est, & quodquid est multũ cõfert ad cognoscendũ ipsa accidentia. Amplius, secũdo Cęli demonstrabat Arist. Lunã esse sphęricã, quia recipit illuminationes sphęricas, & quòd Luna reciperet lumen sphæricum, quia erat sphęrica: quo exẽplo vsus fuit primo Post. cap. 12. Amplius in primo de ortu & interitu. tex. 50. demõstrauit cõtraria esse illa, quę inuicẽ agunt, & patiuntur; & econtra illa, quæ inuicem agunt, & patiũtur esse contraria. & alibi eo vsus est; quare his auctoritatibus ductus, fateor dari hunc regressum secundum Aristo. Et quia quis posset dicere; quę est vtilitas huius regressus? ideò declaro eius vtilitatem. Vtilitas istius regressus est, quòd per primum processum, qui est ab effectu ad causam, addiscimus effectum esse; at per secundum processum, qui est à causa super effectum, addiscimus propter quid effectus sit. Ex quo est colligendum nõ dari hunc regressum, qui è contra procedat: ita vt primus processus sit à causa ad effectum, secundus verò sit ab effectu super causam; eo quia sic procedẽs, in primo pro

LECTIO. XIX.

An ad cognitionẽ rei naturalis cõcurrant omnes causa.

INterpretis duo esse munera diximus in primis lectionibus ex sententia omnium, & præcipuè ipsius Galeni super primum librum Hippoc. de morbis vulgaribus. Primum erat claram Auctoris, quem profitetur, mentem exponere, quod iam compleuimus, exponendo verum verborũ Arist. sensum, ac explicãdo quæ erant obscura, satisfaciendoquè dubitationibus, ac contradictiones in eius dictis remouendo. alterum officium erat examinare, diligenterquè perpendere an ea, quę dicta sunt, ab auctore, quem profitetur, habeant veritatẽ; quod explebimus dũ examinabimus difficultates, quæ longiori egẽt perscrutatione: ideò inter multa, quæ dixit Arist. tria, quę maiorẽ videntur habere difficultatem, in pręsenti dilucidabimus. Dixit in. 1. tex. Omnis methodus habens principia, vel causas, vel elementa, cognoscitur ex cognitione principiorum, causarum, vel elementorum. quam propositionem con-

firmauit ex communi omnium consensu, dicens, Tunc enim arbitramur vnumquodque scire, cùm causas primas, prima principia cognouerimus vsque ad elementa. quā eamdē sententiam habebit clarissimis verbis infra text. 35. dicetquè, Sic enim arbitramur cognoscere compositum, cùm cognouerimus, ex quibus, & quot sit. In quibus verbis videtur supponere, ad cognitionem rei naturalis concurerre omnes causas. Ideò dubitarunt omnes Latini, An ad cognitionem rei naturalis concurrant omnes eius causę. quod quæsitū est etiam à nobis examinandum; postea videbimus an eadem sint nobis, & natura nota. Tertiò & vltimò examinabo difficultatem de primo cognito. Quęritur ergò an ad cognitionem rei naturalis concurrant omnes eius causæ. quia hoc quæsitum ita simpliciter prolatum est ęquiuocum; ideò ne accidat error, primò declarabo titulum quęstionis, declarando terminos eius. primò igitur est videndum, quid per cognitionem debeamus intelligere; secundò quid per rem; tertiò quid per causam; cognitio est duplex,

 altera

nes ipsorum principiorum, quæ cum sint confusę, sunt nobis notiores. Similiter dico ad aliam instantiam, vniuersale esse à sensibus valdè remotum, pro vt vniuersale est, ac in natura propria acceptum; pro vt verò totum quoddã est, sic est nobis notius. Vltimò dicebatur, Facilius est definire singulare, quàm vniuersale, ex Aristot. sententia. 2. Post. Dico, vt dictũ est, quòd vniuersale vt quoddam totum est, ac quoddam confusum sic esse nobis notius. at singulare, idest, minus vniuersale quo ad definitionem, est facilius cognitu ipso magis vniuersali, ac nobis notius; præcipuè cum lateant in ipso magis vniuersali ęquiuocationes. Alij dicunt, Aristot. 2. Post. locutum fuisse ex aliorum sententia. quę solutio non placet, tum quia est fuga miserorum: tum etiã, quia ibi Arist. ex ꝓposito docet definire ipsum magis vniuersale, ac minus vniuer sale. Quartò principaliter dubitauit Alex. in verbis Arist. ꝑ vt recitat hic Simplicius, nam Aristo. dixit, vniuersale esse nobis notius, cõtra dicit Alex. vniuersale est notius natura, quòd hac ratione ꝓbat; illud à quo

non

non conuertitur subsistendi consequentia, illud est natura notius, magis vniuersale est huiusmodi, ergò notius natura, ergò nō est nobis notius. amplius, id quòd pro sui cognitione alio non eget, id est natura notius; ex Aristo. sententia. 6. Topi. magis vniuersale est huiusmodi, ergò; stando in fundamẽto prius declarato, sic responderem ad has rationes, & dicerem, quòd magis vniuersale comparatum minus vniuersali, duobus cōsiderari potest modis; vno modo vt confusum, ac totum quoddam est, & sic est nobis notius, & posterius natura ipso minus vniuersali; & sic ipsū cōsiderauit hic Arist. alio potest modo considerari, nempè vt vniuersale est, ac quatenus ipsum magis vniuersale ponitur in definitione ipsius minus vniuersalis; & hoc modo est notius natura: explicat enim ac declarat minus vniuersa-sale, & non conuertitur subsistendi consequentia, & sic dicitur tunc esse nobis ignotius; sed dicet ille, quomodò hoc magis vniuersale potest à nobis concipi, vt cōfusum ac totum quoddam? quia cum dico animal non dico quid confu sum, vt videtur dicere

Io. Gram. immo tũc dico quid distinctum; decipitur Io. Gram. quia magis vniuersale, dicitur confusum.s. vt plura continet tamquam partes, & sic etiam totum quoddam est; at in natura propria, vtquè vniuersale est, sic erit distinctum, & natura notius. Alij dicunt, ipsum magis vniuersale esse natura, & nobis notius, quia stat quòd idem sit nobis, & natura notius; quæ responsio primum videtur Aristo. repugnare, dicenti, nõ eadem esse nobis, & natura nota; quomodò autem hoc contingat, dicemus in quæstione propria; & insuper disputabimus an magis vniuersale sit nobis notius ipso minus vniuersali, in quęstione de primo cognito. Aliter videtur Simplicius respondere huic dubitationi, ait enim vniuersale sumptum pro quadam tenui similitudine deducta à singularibus, quæ non perse subsistit, esse nobis notius; at vniuersale sumptum, pro vt continet ipsa singularia, sic esse notius natura. quę solutio non placet, tũ quia hic Arist. nõ considerat illud vniuersale sumptũ ꝑ illa tenui similitudine, quia potius spectat ad ipsum animasticum; tum quia vniuersale vt

conti-

cōtinet ipsa singularia, est nobis notius. nec solutio Ioannis Gram. placet, qui dicit, vniuersalia, quatenus vniuersalia, esse notiora natura, at vniuersalia, sumpta pro minus vniuersalibus, esse nobis notiora. & si quis obiiciat, qui fieri potest quòd vniuersalia, qua vniuersalia sint notiora natura, cum natura semper intendat ipsum singulare? respōdet Io. Gram. duplicē esse naturā; aliam cōmunem, aliam particularem: vniuersalia sunt notiora naturæ communi, singularia verò naturæ particulari. Sed contra, quia natura non cognoscit quicquam, ergò &c. Amplius, quid per naturam communem intelligit? nil aliud potest intelligere, quàm Deum, quare tunc Deus intelligeret omnia cōfusè, quòd non est rectè dictum; & si quid aliud intelligat per naturam communem; quodcunque intelligat erit quid fictitium; quare &c. Erunt non nullæ aliæ dubitationes, de quibus in sequenti.

LECTIO. XVIII.

SVper tex. 5. huc vſquè multas adduximus contradictiones, quibus etiam ſatisfecimus; adhuc veniunt non nullæ aliç contradictiones, ac dubitationes declarandæ. & in primis eſt dubitatio tacta hic ab Auer. in com. 5. nam Ariſtot. in verbis ſuis videtur idem bis inutiliter repetere, ſupra enim in tex. 3. dixit confuſa magis eſſe nobis notiora, per confuſa ibi intelligebat compoſita, & ſpecies: hic modo in tex. 5. dicit ſuſtinent autem, & hoc idem quodammodo nomina ad definitionem. per quç nomina, intelligit idem, nempè compoſita ſeu ſpecies; cum hçc ſola ſint, quç definiuntur; quare ſuperfluus videtur Ariſtot. Ex noſtra expoſitiõe ceſſat hçc difficultas, diximus enim, per confuſa, Ariſtot. intelligere omnia confuſa, & quo ad ſenſum, & quo ad intellectum: cum confuſum de omnibus his dicatur. Auer. ſoluens hanc dubitationem, concedit quòd ibi, & hic, idem intelligat, ob hoc tamen Ariſtot. non erit in

suis verbis superfluus; nam ibi locutus fuit de speciebus in compraratione ad suas partes, quæ sunt causę; hic verò loquitur de speciebus comparando illas ad partes definitiuas, nempè ad genus, ac differentias. quæ solutio rectè verbis Aristot. accomodatur. Extat adhuc alia in dictis Aristote. contradictio, cum dicat, Sustinent autem idem quodammodo hoc, & nomina ad definitionem. In quibus verbis vult totum definitũ notius esse suis partibus definitiuis. Cuius oppositum.6. Top. voluit dicens, omnem definitionem dandam esse per notiora: ex quo dicto sequitur partes definitiuas ipso toto fore notiores. Dicendum est totum definitũ notius esse suis partibus definitiuis, notitia confusa; e contra partes definitiuæ erunt notiores ipso toto, notitia distincta. quę solutio colligitur ex verbis Aristot. ibi in textu, cum dicit, Totum enim quoddam & indistinctè significat circulus; definitio verò ipsius diuidit in singula; si circulus, qui est nomen definiendũ, indistinctè significat illud, quod à tota definitione diuidente in singula significatur: sequitur ergò, totũ de-

An totum definitũ sit notius partibus definitionis, uel e contra an partes difitionis sint notiores ipso definito.

finitum notius eſſe ſuis partibus definitionis notitia confuſa; e contra partes definitionis erunt notiores toto definito, notitia diſtincta: omitto alias ſolutiones cum hæc ſit ipſius Ariſt. qua nulla melior poteſt afferri. nã cum dubitationes, & contradictiones in verbis Ariſto. contingentes, per ipſummet Ariſtot. tollere poſſumus, omnes aliæ ſunt omittendæ ſolutiones. Extat adhuc aliud conſiderandũm ſuper tertium, & vltimum ſignum, quo ꝓbabat, magis vniuerſale eſſe nobis notius, dixit, & pueri appellant oẽs homines patres, &c. Dubitarunt expoſitores, an hæc cognitio, qua pueri vocant omnes homines patres, omnes mulieres matres, ſit cognitio ipſius intellectus, vel ipſius ſenſus. quòd talis cognitio ſit ipſius intellectus, poſſumus probare ex Auer. qui in fine cõm. 5. dixit, Pueri namquè in principio ſuæ comprehenſionis exiſtimant omnem hominem patrem, & omnem mulierem matrem, & cum vigoratur eorum intellectus, cogno ſcunt patrem inter cęteros homines, & quæ ſequuntur; ex quibus verbis videtur poſſe rectè colligi, talem cognitionem eſſe

An cognitio qua pueri uocant oẽs homines patres, & & oẽs mulieres matres, ſit cognitio ſenſus, uel intellectus.

ipſius

ipsius intellectus. idem confirmari potest ex Platone qui in dialogo Memnonis, probat puerum discurrere: at si puer discurrit, ergò intellectu vtitur; tum quia, natura nihil frustrà facit, si ergò pueri tunc non vterentur intellectu, ergò intellectus tunc temporis in illis videbitur esse frustra. Oppositum autem probatur per Aristo. in. 2. Phys. in de casu, & fortuna text. 59. vbi ponens differentiam inter Casum, & Fortunam; voluit fortunam accidere illis, qui agunt à proposito, & secundum intellectum, casum verò vtrisque, & agentibus per intellectum, & absque intellectu; addidit quòd pueris nihil accidit à fortuna, si sic, ergò pueri non agent per intellectũ, & per consequens talis cognitio nõ erit in ipsis ratione intellectus. Confirmatur quia nõ possumus intelligere absquè sensu, modò cum in pueris defluant rerum similitudines ob nimiam ipsorum humiditatẽ, tũc ergò talis cognitio in ipsis ratione intellectus nõ erit. Quarè dico quòd talis cognitio puerorum secundum Aristo. est à sensu. argumentisquè in oppositum satisfacio; erat primum sumptum ex verbis

Auer.

Auer. dicentis, cum intellectus ipsorum vigoratur, &c. Primò possum dicere Auerroem errasse, cum intellectus nullo modo vigoretur, sicut etiam in intelligendo nullo modo defatigatur; cum sit virtus immaterialis, nullaquè virtus immaterialis defatigetur, nec vigoretur. & si volumus tueri Auer. dicamus, quòd illa cognitio est ipsius intellectus, non agentis, nequè intellectus possibilis; sed est cognitio intellectus patibilis, q ab Auer. vocatur cogitatiua virtus; quę propriè loquendo, est vna potentia sensus interioris. ad auctoritatē Platonis. Dicò; vel quòd Plato fuit illius opinionis; Vel, & melius, dico, quòd Plato per puerum intelligit adultū, septem, vel octo annorum, at Aristot. per puerum intelligit infantem, qui duos, vel tres agat annos. Fuit ultimum argumētum; quòd si talis cognitio non est ab intellectu, tunc in illis frustrà erit intellectus: neganda est hęc consequentia; ad eius probationem, cum dicitur quòd erit frustra, quia non exercet suas operationes: hoc nihil est, quia licet non intelligat, dat tamen illi esse; quarè non erit in pueris frustrà. Si

quis

quis autem vellet oppositum tueri, etiam potest, cum illæ rationes non sint demonstratiuæ; verum est, quòd prima determinatio mihi magis placet. Superest vnum aliud adnotandum super hoc procemio, & præcipuè ex sententia Auerrois, cuius expositionem insecuti summus. Auerroes in hoc proœmio ponit Philosophum naturalem duplici procedere processu; quorum vnus est à nobis notioribus, ex quo processu principia sunt addiscenda: alter processus est à principiis, siuè à causis, à quibus dixit esse incipiendum. quibus duobus stantibus, tunc dicet ille, sequetur ergò dari regressum in demonstratione, quem regressum negauit Aristot. 3. cap. primi Post. Ea, quæ faciunt ad propositum nunc tantum intendo afferre, quia examinare hanc difficultatem de regressu demonstratiuo an detur, nec nè, spectat ad logicos. Dico ergò quòd in doctrina Aristo. datur regressus in demonstratione. Sed notandum est quid significet iste regressus: dico quòd regressus iste nil aliud importat, quàm duos processus, quorum primus est ab effectu ad causam;

An detur regressus in demonstratione.

ſam; ſecundus à cauſa ad effectum. Et ſic regreſſus in demonſtratione, erit diſtinctus à demonſtratione circulari, quę dicit duplicem proceſſum quoquè; ſed vterque proceſſus in ea, eſt à cauſa, Quòd iſte regreſſus detur in doctrina Ariſtote. probo; & primò auctoritatibus Ariſto. deſumptis in Logica facultate. 1. Poſt. cap. 12. ponens differentiam inter ſcire quia, & ſcire propter quid, dixit quòd ſcire quia, eſt cum procedimus ab effectu, e contra eſt ſcire propter quid; & dat exempla, nam ſi demonſtremus quòd planetæ ſunt propè, quia non ſcintillant, tunc eſt demonſtratio quia; at ſi e contra, quòd non ſcintillant, quia ſunt propè, tunc eſt demonſtratio propter quid. Amplius in. 2. Poſt. verſus vltimum, quærebat Ariſtot. an poſita cauſa ponatur effectus; & e contra, an poſito effectu ponatur cauſa, cõcludit quòd ſic, licet hoc nõ ſemper ſit verũ in omnibus. In Philoſo. Naturali ſępe vſus eſt hoc regreſſu, nam. 8. Phy. demonſtrauit primum motorem eſſe æternum, eo quia motus erat ęternus; & e contra, motum eſſe ęternum, quia primus motor eſt æternus. In

primo

de anima tex. 11. dixit accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendum quod quid est,& quodquid est multũ cõfert ad cognoscendũ ipsa accidentia. Amplius, secũdo Cęli demonstrabat Arist. Lunã esse sphęricã; quia recipit illuminationes sphęricas, & quòd Luna reciperet lumen sphæricum, quia erat sphęrica: quo exẽplo vsus fuit primo Post. cap. 12. Amplius in primo de ortu & interitu. tex. 50. demõstrauit cõtraria esse illa, quę inuicẽ agunt, & patiuntur; & econtra illa, quæ inuicem agunt, & patiũtur esse contraria. & alibi eo vsus est; quare his auctoritatibus ductus, fateor dari hunc regressum secundum Aristo. Et quia quis posset dicere; quę est vtilitas huius regressus? ideò declaro eius vtilitaem. Vtilitas istius regressus est, quòd per primum processum, qui est ab effectu ad causam, addiscimus effectum esse; at per secundum processum, qui est à causa super effectum, addiscimus propter quid effectus sit. Ex quo est colligendum nõ dari hunc regressum, qui è contra procedat: ita vt primus processus sit à causa ad effectum, secundus verò sit ab effectu super causam; eo quia sic procedẽs, in primo pro

cessu, simul dicet effectum esse, & propter quid, ipsius effectus; quarè secundus processus, qui erit ab effectu super causam, esset superfluus. Quibus habitis, soluuntur de facili rationes, quas quis posset in oppositum adducere. Dicunt, Aristo. negauit hunc regressum in 1. Post. cap. 3. dico quòd negauit demonstrationē circularem, cuius vterque processus est à causa, ac in eodē genere causę, respectuque vnius & eiusdem indiuidui; & dico hoc, nę quis obiiciat verba Aristot. in 2. Post. qui eo vtitur in his, quæ ad inuicem generantur: nam demonstrat nubem esse, quia terra est depluta; deinde e contra procedit, demonstrando terram esse deplutam per nubem; & sic vtitur regressu, cuius vterque processus est à causa, ab eodem genere causæ, ac non est tunc respectu eiusdem indiuidui: nam dum demonstrat terram esse madefactam per nubem, demonstrat per nubem pręsentem; at cum demonstrat nubem per madefactionem terrę, demonstrat nubem futuram, non autem præsentem, quarè est respectu alterius & alterius indiuidui. Dicunt si daretur talis regressus:

sus tunc idem esset notius, & ignotius; nam in primo processu effectus est notior ipsa causa: in secundo processu, causa est notior ipso effectu; dico hoc nō esse inconueniens, respectu diuersorum; in primo enim processu, effectus est notior quo ad esse, at in secundo processu, causa est notior quo ad cognitionem. Dicunt cum ꝓcedimus ab effectu ad causam; vel causa est nobis nota, vel ignota; si nota, ad quid retrocedere: si ignota, demonstratio ergo erit ex ignotioribus? dico quod in primo processu, causa non est nota quo ad propter quid. dicet ille, non ne opinio Latinorum, quæ ponit regressum in demonstratione cum negociatione illa est melior? Dico quòd talis positio non est recta, immo Aristote. repugnat, cum Aristo. tali non vtatur negociatione, vt patet ex eius auctoritatibus prius adductis; & si talis negociatio requiratur ad hunc regressum, non requiritur nisi per accidens. Et hęc sufficiant pro hac quęstione.

LECTIO. XIX.

An ad cognitionẽ rei naturalis cõcurrant omnes causæ.

INterpretis duo esse munera diximus in primis lectionibus ex sententia omnium, & præcipuè ipsius Galeni super primum librum Hippoc. de morbis vulgaribus. Primum erat claram Auctoris, quem profitetur, mentem exponere, quod iam compleuimus, exponendo verum verborũ Arist. sensum, ac explicãdo quæ erant obscura, satisfaciendoquè dubitationibus, ac contradictiones in eius dictis remouendo. alterum officium erat examinare, diligenterquè perpendere an ea, quę dicta sunt, ab auctore, quem profitetur, habeant veritatẽ; quod explebimus dũ examinabimus difficultates, quæ longiori egẽt perscrutatione: ideò inter multa, quæ dixit Arist. tria, quę maiorẽ videntur habere difficultatem, in pręsenti dilucidabimus. Dixit in. 1. tex. Omnis methodus habens principia, vel causas, vel elementa; cognoscitur ex cognitione principiorum, causarum, vel elementorum. quam propositionem con-

firmauit ex communi omnium consensu, dicens, Tunc enim arbitramur vnumquodque scire, cum causas primas, prima principia cognouerimus vsque ad elementa. quã eamdẽ sententiam habebit clarissimis verbis infra text. 35. dicetque, Sic enim arbitramur cognoscere compositum, cum cognouerimus, ex quibus, & quot sit. In quibus verbis videtur supponere, ad cognitionem rei naturalis concurerre omnes causas. Ideò dubitarunt omnes Latini, An ad cognitionem rei naturalis concurrant omnes eius causę. quod quæsitũ est etiam à nobis examinandum; postea videbimus an eadem sint nobis, & natura nota. Tertiò & vltimò examinabo difficultatem de primo cognito. Quęritur ergò an ad cognitionem rei naturalis concurrant omnes eius causæ. quia hoc quæsitum ita simpliciter prolatum est ęquiuocum; ideò ne accidat error, primò declarabo titulum quęstionis, declarando terminos eius. primò igitur est videndum, quid per cognitionem debeamus intelligere; secundò quid per rem; tertiò quid per causam; cognitio est duplex,

altera sensitiua, altera intellectiua; de cogni tione sensitiua non erit disputatio, cum illa nõsit scientifica. cognitio intellectiua est duplex, altera simplex, siuè incõplexa, quæ sic dicitur, quia fit per simplicem apprehensionẽ; altera est cognitio intellectiua, quæ est cum discursu, siuè complexa, & est illa, quæ fit per demonstrationem. cognitio intellectiua incomplexa, quæ fit per definitionẽ, adhuc subdiuiditur, vel enim est quid nominis, & est illa, quæ explicat id, quòd importatur per ipsum nomen; de qua hic non erit disputatio, cum & ipsa non sit scientifica: altera est quid rei, quæ cognitio intellectiua incomplexa, quæ est per definitionẽ quid rei, adhuc est duplex; vel enim est purè quid rei, & vocatur definitiò formalis: vel non est purè quid rei, & dicitur definitio causalis: & de vtraque erit disputatio. Erit quoque disputatio de cognitione complexa, siuè de cognitione, quæ est per demonstrationem: iam ergò constat de qua cognitione loquamur. Videamus modò de qua re sit sermo. res est duplex, vel complexa, vel incomplexa; res incomplexa; adhuc

 est

est duplex, altera est vniuersalis, altera singularis: res vniuersalis etiam subdiuiditur, vel enim est substantia, vel accidens; & si erit substantia, vel erit substantia composita, vel erit substantia simplex: similiter si erit accidens, vel erit accidens simplex, vel compositum: hic per rem, non intelligemus singularem, cum singularium non sit scientia; sed per rem, audiemus rem vniuersalem: siuè modo hæc res vniuersalis fuerit substantia, vel accidens, & quęcunque fuerit substantia, similiter quodcunque fuerit accidens, tam simplex, quàm cōpositum; similiter de substantia. verum est adnotandum, quòd cum loquimur de quacunque substantia vniuersali, similiter de quocunque accidente vniuersali, semper est supponendum quòd hæc talia habeant causas, quia si causis caruerint, de his tunc non esset difficultas. nec etiam de re complexa, idest, de conclusione erit difficultas præsens, quia de conclusione non habetur scientia; sed benè de re, quæ est subiectum, & prædicatum, quę constituunt conclusionem, habetur scientia. & ex his patet solu-

tio ad dubitationem motam ab expositori bus, an de conclusione habeatur scientia: dico quòd de hac voce, conclusio, non est scientia; sed benè de re, quę est subiectum, & prædicatum, ex quibus constat conclusio, habetur scientia: de re ergo vniuersali & incomplexa, quæ sit substantia, vel accidens, tam simplex, quàm composita, referendo singula singulis, habente causas est sermo in pręsenti difficultate. Tertius, & vltimus terminus declarandus, est causa. Causa, altera est perse, altera est per accidens; de causis per accidēs nō est sermo, quia hę non generant scientiam. causæ perse, alię sunt proximæ, & sunt illæ, quę vni tantū effectui conueniunt; quę sunt quatuor, materialis, formalis, efficiens, & finalis. Alię sunt remotę, & sunt illæ, quę pluribus conueniunt effectibus, de quibus omnibus causis perse, est sermo. Ex quibus tribus terminis iam dilucidatis, titulus quæstionis propositę omnibus iam erit satis notus. Quid modo sit asserendum in difficultate proposita, declaro distinctè, & pono has conclusiones; Quarum prima erit, quòd si sermo sit de cognitione

gnitione intellectiua simplici, quæ est per definitionem purè quiditatiuam, & inquiratur an ad talem cognitionem concurrant omnes causę; dico hanc cõclusionem, quòd ad cognitionem hanc, quæ est per definitionem purè quidditatiuam cuiuscunque rei; & pręcipuè ipsius substantiæ tantum duæ concurrunt causę, nempè materialis, & formalis. addo quòd licet talis cognitio his duabus tantum causis gaudeat, non tamen eodem modo, quia causa formalis cõcurret principaliter; & si materia etiã ponatur in tali definitione, minus principaliter cõcurret; sed tamquam vehiculum quoddam deferens formam; sicut enim materia est subiectum formæ, sic quoque ipsa materia est subiectũ quidditatis. Hanc conclusioẽ esse veram probo ex Aristot. qui. 2. Post. & . 2. Phy. ac etiam. 5. Metaph. definiens formã, semper eam vocauit rationem ipsius quod quid erat esse, ita quòd forma est ipsum quid, seu ipsa rei quiditas, materia nullo modo est quiditas, nec pars quiditatis, benè est pars essentię, vt patet ex eius definitiõe sumpta ab Arist. locis pręallegatis; qui semper

An in diffinitione quiditatiua ponantur omnes causæ.

dixit materiam esse ex qua fit aliquid, cum insit; & sic est pars essentiæ, minimè quidditatis, immo forma est tota quidditas: quare si materia ponitur in definitione, ponetur vt subiectum, ac vehiculum ipsius quidditatis, & hęc intelligantur in conceptis cum materia. Sed contra hanc conclusionem quis obiiciet, & primò, definitio quiditatiua debet explicare rem, sicut est, quia sicut res se habet ad esse, sic se habet ad cognosci, vt habetur. 2. Metaph. tex. 4. sed res habet esse per omnes causas; ergò definitio similiter eam explicabit per omnes causas. Amplius, definitio data per formam tantum, dicitur vana, & dialectica ab Aristot. 1. de anima, tex. 16. Amplius dicet ille, ad hanc cognitionem incomplexam nulla causa requiritur: ratio est, quia cognitio per causam est cum discursu; at cognitio, quæ est per definitionem, est sine discursu, ergo sine causa. accedit quòd Aristo. in de Somno, & Vigilia, explicans somnum per definitionem, ipsum definiuit per omnes causas; Similiter Galenus definiens pulsum, ipsum definit per omnes causas; igitur ad

hanc cognitionem per definitionem, omnes concurrent causæ. Respondeo ad has omnes obiectiones. cum primò dicitur, definitio habet explicare rem, sicut est. dico quòd definitio debet explicare rẽ, sicut est, .s. quo ad esse quidditatiuum, ita quòd officium definitionis est, vt explicet esse quiditatiuũ definiti, quod esse quiditatiuum est à forma tantum, ideo sola forma principaliter definitio quiditatiua gaudebit. ad secundũ, dico quòd definitio data per solam formam, idest, per prędicata cõmunia, dicta est dialectica ab Arist. primo de anima tex. 16. Ad tertiam, negandum est, quòd omnis notitia, quæ est per causam, sit cum discursu, nisi tamen quis velit vocare discursum illam collationem causę ad effectum, vel illam relationem diffinitionis ad ipsum diffinitum, quæ relatio definitionis ad definitũ, non nisi valdè impropriè dicetur discursus. cum dicebatur Arist. diffiniuise somnũ per omnes causas; dicendum est cum Auerroe, quòd illa somni diffinitio est causalis, non autem quidditatiua. Similiter dicendum est Galenum definisse pulsum, causaliter, non

quidditatiuè. Et ſi quis adhuc obiiciat, non nè naturalis diffinit per materiã, iuxta Ariſt. doctrinam. 2. Phy. tex. 19. Dico vt ſupra, quòd materia ponitur in definitione tamquam vehiculum deferens quidditatem; ſicut enim materia eſt ſubiectum formę, ita eſt ſubiectum quidditatis, cum materia non ſit quidditas, nec pars quidditatis; in ſequẽti hanc difficultatem perficiam; & declarabo etiam quę cauſæ magis faciant ſcire, an cauſæ intrinſecę, vel extrinſecę.

LECTIO. XX.

VT rectè Ariſto. ſententiam aſſequeremur, cępimus eius dicta examinare; quorum primũ fuit de cognitione rerum naturalium, vtrum ad cognitionem cuiuſcunque rei naturalis requirantur omnes eius cauſæ. vt dilucidè procederemus, primò declaraui titulum quęſtionis declarãdo eius terminos; quę non amplius repeto nè fruſtrà tempus conteramus, cępi etiam determinare illam, poſuiquè hanc concluſionem, quòd ad cognitionẽ intellectiuam

ſimplicem, quæ eſt ꝑ definitionẽ purè quidditatiuã, ſola forma principaliter requirebatur; ſi verò & materia poneretur in definitione illa, non ponebatur niſi vt vehiculum ipſius quidditatis. quam concluſionem probaui auctoritatibus Ariſtot. obiectionibusquè in oppoſitum ſatisfeci. Proſequor modo, & pono hanc ſecundam concluſionem; Quòd ſi ſermo ſit de eadem cognitione intellectiua ſimplici, quę eſt per definitionem non purè quidditatiuam, ſed cauſalem, quę ſic ab expoſitoribus, & à Galeno dicitur: dico quòd omnes cauſæ concurrunt, quas illa res habet, & quas talis cognitio poſtulat. dico, quas illa res habet, quia quælibet res non omnes habet cauſas; dico, quas poſtulat illa cognitio, quæ ſcilicet illa vtitur definitione; quia quęlibet ſcientia non conſiderat omnes cauſas. Fundamentum huius concluſionis deſumitur ab Ariſtote. 2. Diuin. tex. 4. vbi ſcriptum reliquit, ſicut res ſe habet ad eſſe, ſic ſe habet ad cognoſci; ſi ergò res per omnes cauſas eſſe habebit, per illas quoque cognoſcetur, vel diffinietur. Sed dicet ille, cõtra omnis definitio

An in definitione cauſali ſint ponendæ omnes cauſæ.

constat ex genere, & differentiis, vt docuit Arist. 6. Top. at genus, & differentia non omnes explicant causas, ergò. Amplius, nullum ignotum ponendum est in definitione, materia est ignota, ergo in difinitione non erit ponenda: maior propositio colligitur ab Aristot. 6. Top. vbi docebat omnem definitionem dari per notiora. quòd materia sit ignota patet, est enim pura potentia, & ideò Aristot. 3. Phy. tex. 15. dicebat motum cognitu esse difficilem, quia in se continebat potentiam; ergo &c. Pręterea non videtur quòd finis, & efficiens poni debeant in definitione; quia tunc sequeretur illam definitionem esse per additum datam, quòd est absurdum dicere; probatur consequentia; quia omnis definitio data per aliquod diuersum à definito, dicitur definitio per additum, modò cum finis sit à definito diuersus, similiter, & efficiens; igitur si in definitione ponentur, definitio tũc erit per additum. Vltimò dicet ille, cum causæ quędam sint proximæ, quædam remotæ, diffinitio danda est nè per has omnes causas? Respondeo his omnibus instantiis. cum di

citur,

çitur, omnis diffinitio constat ex genere, & differentiis, quod genus, & quæ differentiæ omnes non explicant causas, ergò &c. Aliqui dixere, dictum illud Aristot. tantum verificari de diffinitiōe dialectica, ita quòd sola definitio dialectica sit illa, quę constat ex genere, & differentiis. sicquè dialecticè dicunt Aristot. fuisse locutum. quæ solutio nullo modo est acceptanda, cum Aristo. 7. Metaph. 42. idem asseruerit. ideò dico, quòd illa propositio intelligēda est, de diffinitione purè quidditatiua, at definitio causalis nō est purè quidditatiua. & addo hoc, quòd quia illa definitio causalis non est purè quidditatiua, fortassè propter hoc de ea Aristot. nullibi est locutus. Ad secundam instantiam, dico, illud quòd est ignotum, nec aliquo modo nobis manifestari potest, illud non ponitur in definitione: at materia licet de se sit ignota, notificatur tamen per trāsmutationem, ac per proportionem ad ipsam formam. Cum dicebatur tertiò, quòd sequeretur definitionem esse per additum datam, si finis, & effiiciens in illa ponerentur. Dico quòd profectò ita est, quòd

de-

definitio causalis aliquo modo est per additum. cum dicitur, definitio non datur per additum; dico hoc esse intelligendum de diffinitione, quę est purè quidditatiua. Vltimę respondeo instantiæ, quòd in definitione causali, assumendæ sunt causæ proximę; & ratio est, quia diffinitionis munus est explicare esse proximum definiti, quod esse proximum explicatur à causis proximis; Addas tamen quòd cognitio causarum remotarum supponenda est, quia causæ proximæ quoquomodò ab illis dependent; & si quis dicere voluerit, quòd etiam causæ remotæ sunt ponendæ, ad maiorem declarationem hoc concedam. Reliquum modo est videre, an ad cognitionem complexam, quæ est per demonstrationem, requirantur omnes causæ. vt veritas habeatur, est videndum an facultas, quę tali vtitur cognitione complexa habeat omnes causas, vel aliquas tantum; quia si omnes considerabit causas, per omnes eas quoquè rem illam demonstrabit, dummodò res illa omnes habuerit causas: si verò aliquas, similiter per illas tantum demonstrabit: vt exempli gratia,

An ad cognitionem p demonstrationem concurrant omnes causæ.

tia,

tia, Mathematicus non considerat omnes causas, sed formalem tantum, ideo per omnes non poterit demonstrare, sed tantum demonstrabit per formam. quare sit ista conclusio, & tertia in ordine; Quòd si effectus demonstrandus omnia habuerit quatuor genera causarum, tunc per omnes illas demonstrabitur, sic omnes causę ad eius cognitionem concurrent, & hæc fuit Aristot. sententia. 2. Phys. in tractatu de causis. addas tamen, dum modo artifex ille illa quatuor genera causarum consideret, propter instantiam de Mathematico, & Metaphys. Sed dicet ille, conclusio tua non videtur habere veritatem; quia illa data, sequetur quòd Arist. erit redarguendus primo Post. cap. 4. ponens modos quatuor per se, dixit, quòd primus, & secundus modus erant vtiles. quo dicto stante, sequitur ergò cùm efficiens, & finis non prædicentur de subiecto per se in primo modo dicendi per se, nec in secundo, non cócurrent ad scientiam. Præterea, demóstrare effectú per aliquod cómune, nó est demóstrare simpliciter; at qui demonstrat effectum per cám efficientem,

demonstrat per aliquod cōmune, ergo. minor propositio probatur, quia causa efficiens est communior, & prior ipso effectu ex sententia Aristot. 2. Post. Amplius cum causæ quædam sint proximę, quædam remotæ, per quas causas effectus est demonstrandus? non per remotas, quia illæ non faciunt scientiam, ergo per proximas; non ergo per omnes effectus demonstrabitur. Vltimò dicet ille, quomodo quid poterit demonstrari per causam materialem, cum illa sit conclusio demonstrationis? non ergò per omnes causas effectus demonstrabitur. Respondeo ad primum, negando consequentiã: ad probationem, dico, quòd cum efficiens, & finis prædicantur de subiecto, licet non constituant principaliter propositiones per se in primo modo, vel secundo modo dicendi per se, reductiuè tamen constituunt, quatenus efficiens, & finis concurrunt ad definitionem causalem: reducuntur tunc tales propositiones ad primum, vel secundum modum dicendi per se. & ideo Aristot. 7. Metaph. dixit quòd omnes partes definitionis sunt for-

mæ; cum ergò efficiens, & finis ponantur in definitione causali, erunt formæ. quod dictum Aristot. omnes partes definitionis sunt formæ, altero trium modorum intelligatur; sunt formæ, idest, formaliter prædicantur de diffinito. vel sunt formæ, s. respectu subiecti, simpliciter non. vel sunt formæ, non perficientes subiectum, sed declarantes ipsum: quare cum efficiens, & finis prædicabuntur de subiecto, constituent propositiones per se reductiuè, non autem principaliter. cum dicebatur demonstrare effectum per aliquod commune, nõ est demonstrare; negatur minor propositio: ad probationem; quia causa efficiens est communior, & prior suo effectu; dicendum est quòd efficiens est duplex, alterum quod conuertitur cum effectu, & e cõtra effectus cum ipsa causa efficiente; vt eclipsis, cum interpositione terræ, & è contra interpositio terræ cum eclipsi quod efficiens non est prius, nec communius suo effectu: aliud est efficiens quod non conuertitur cum effectu, nec e contra effectus cum ipso efficiente, & hoc tale efficiens est

prius,& communius ſuo effectu,de quo efficiente verificabitur Ariſtot. dictum in. 2. Poſt. Ad tertium; dicendum eſt cum Ariſt. 2. Phy: quòd effectus per omnes demõſtrabitur; cũ dicitur,cauſę remotæ non faciunt ſcire; verum eſt reſpectu proximarum. Ad vltimum,dico quòd cauſa materialis in reſpectu ipſius formalis cauſæ; ſemper eſt cõcluſio demonſtrationis,at reſpectu ſui effectus,eſt principium,ſeu medium in demonſtratione, ſicut & aliæ cauſæ. Sed quæret aliquis cum cauſæ,quædam ſint intrinſecę, quædam ſint extrinſecę, & omnes faciãt ad rei cognitionem, quæ nam magis faciunt ſcire? an intrinſecę,vt materia,& forma: an extrinſecę,vt finis,& efficiens. Non deſunt rationes ex vtraque parte. videbitur alicui quòd cauſæ intrinſecę magis ad ſcientiam conferant, his rationibus: cauſæ,quę magis explicãt quidditatem,magis faciunt ſcire; intrinſecę huiuſmodi ſunt, ergò &c. Pręterea cauſæ illę, quę principaliter conſtituunt primum dicẽdi per ſe modum, magis faciunt ſcire, intrinſecæ cauſæ ſunt huiuſmodi, ergò; Amplius cauſæ, quę magis

Quæ cauſæ magis faciant ſcire, an intrinſecæ, an extrinſecæ.

ad esse rei conferunt, magis quoque faciunt scire, causę intrinsecæ magis conferunt ad esse rei; ergo &c. Ex altera tamen parte, videbitur esse dicendum causas extrinsecas magis ad scientiam conferre, potissimum hoc argumento, quia sunt causæ perfectiores, causæ autem perfectiores magis faciunt scire; ergo. Minorem propositionē de facili ille ꝓbabit per diffinitionem causæ finalis, quæ est, quòd sit causa causarum, qui tamen finis, est causa extrinseca. Respondeo, & dico quòd si loquamur de cognitione, quę est per diffinitionē; tunc est considerandum, quæ causæ magis constituant effectum; & quia effectus magis constituitur, & ponitur in esse per causas intrinsecas; ideo tunc resolutè est asserendum, intrinsecas causas magis conferre ad scientiam: hinc est quòd omnis definitio perfectissima tradi debet per causam formalem, quia causa formalis magis ad esse rei conducit, quàm aliæ causæ, cum ipsa sit tota rei quidditas. Si verò loquamur de cognitione, quę est per demonstrationem; & inquiratur, quæ causæ magis faciant scire: tunç

est considerandum, an effectus, qui est demonstrandus fluat, dependeatque ex principiis intrinsecis subiecti, vel dependeat ab aliquo alio extrinseco; exemplum primi, vt risibile, est effectus de homine demonstrandus, qui effectus, vt constat, dependet ex principiis intrinsecis hominis: exemplum secundi, vt eclipsis demonstranda de Luna, fluit à principiis extrinsecis, nempè ab interpositione terræ inter Solem, & Lunam. Ideò tunc dicatur, quòd si effectus demonstrandus dependeat à principiis subiecti intrinsecis, tunc etiam causæ intrinsecæ magis facient ad eius cognitionem: si verò eò ctra sit, quòd effectus fluat, & dependeat à causis extrinsecis, tunc causæ extrinsecæ magis conferrent ad eius cognitionem, quàm intrinsecæ: quibus stantibus; soluuntur de facili omnes rationes: adductæ fuerunt tres rationes ad probandum causas intrinsecas magis facere scire, eo quia magis explicant rei quidditatē, constituunt quoque primū per se dicendi modū, magis etiam faciunt ad esse rei; ergò & magis quoque facient scire. hæ omnes rationes

nes sunt admittendæ, cum iam sit dictum, quòd in cognitione, quę est per definitionem, causæ intrinsecę magis faciunt scire, quia res per huiusmodi causas ponuntur in esse. Dicebatur arguendo in oppositum, causæ perfectiores magis faciunt scire; causæ extrinsecæ sunt huiusmodi, ergò; maior est falsa, iam enim dictum est quòd causa illa, quę effectui intimior est, & à qua magis dependet effectus; eam magis quoque ad scientiam conferre, tam in cognitione per definitionem, quàm in cognitione per demonstrationem: at si effectus demonstrandus magis fluat à principiis extrinsecis, sic tunc erit concedendum causas extrinsecas magis facere scire; quare maior illa propositio, Causa perfectior magis facit scire. ita simpliciter prolata, est neganda, Deus enim est causa omnium perfectissima, ergò magis facit scire, consequentia non valet; causa ergò quæ intimior est effectui demonstrando, seu à qua effectus dependet, illa sit, quę magis facit scire, quę causa quandoque erit intrinseca, quandoque etiã stat quòd sit extrinseca, vt iam est declaratum.

tum. In sequenti videbimus, an eadem sint nobis & natura nota.

LECTIO. XXI.

ADagium hoc cecinit Martialis, Psittacum alia lingua loqui, alia verò Coturnicem, quandoque verò ambos & eadem loqui lingua. quòd & nobis nunc contingere videtur, cum in superioribus dixerimus ex mente Arist. eadem non esse nobis, & natura nota; & sic nos alia lingua loqui, alia verò naturam ipsam. Modò est perpendendum, an fieri possit, vt eadem sint nobis, & natura nota, & per cõsequens, an nos, & natura ipsa, eadem loquamur lingua. Ideò proponitur hæc secunda in ordine difficultas examinãda, Vtrum eadem sint nobis, & natura nota, vt dixit Aristot. in qua difficultate solent expositores adducere multa argumenta ad probandum quòd sic, quæ nũc enumerare esset vanum; ideò ad dilucidandam veritatem me confero. pro qua veritate habenda, nè cadat æquiuocatio; termini quæstionis primò

An eadem sint nobis, & natura nota.

erunt

erunt declarandi; cum ergò quęritur an ea dem sint nobis nota, & natura: primò est videndum quid per naturam sit intelligendum. secundò quæ sint huiusmodi notiora natura. tertiò quæ sint notiora nobis. Quo ad primum, aliqui per naturam, exposuerunt Deum ipsum, iuxta Arist. dictum. 12. Diuinorum, Opus naturæ est opus intelligentiæ non errantis. Contra quam expositionem sic insto; data veritate huius expositionis; tunc sequeretur, aliqua ipso Deo esse ignota; si enim nota nobis non sint nota natura: & per naturam Deus sit intelligendus, tunc nota nobis, non erunt nota Deo, quod absurdissimum est dictu, cum omnia ipsi Deo sint ęquè nota. Alij exposuere agens naturale, iuxta Aristot. verba in principio. 2. Phy. dicentis, Eorum quę sunt, alia sunt à natura, idest, ab agente naturali; alia sunt ob alias causas. quæ expositio etiam non placet, quia tunc sequeretur Aristo. malè dixisse, dicentem, nota nobis, non esse nota natura; immo nota nobis, & natura essent eadem: quod deducitur, si enim per naturam intelligis agens na

turale, at nos sumus hoc agens naturale, ergò nota natura erũt nota nobis. Amplius, natura nihil cognoscit, sed agens naturale cognoscit; quomodo ergo per naturã possunt rectè exponere agens naturale, cum illa non cognoscat, agens autem naturale cognoscat? quare magis placet exponere, per naturam, rem ipsam, quæ ex sui natura est nota: & tunc erit sensus notius natura, idest, res quæ ex sui natura est nota. Sed tunc venit declarandum, quę sint huiusmodi, quę ex sui natura sunt notiora; & hoc fuit secundum propositorum declarãdum; pro quo venit aduertendum, quòd cõmuniter legitur in datiuo casu, notius naturæ, qui textus non est approbandus, cum sequatur tunc naturam cognoscere, quòd est falsum, nihil enim natura cognoscit, nec aliquid ipsi potest esse notum, cum illa notioritas, vt sic dixerim, nec per sensum, nec per intellectum sit; ideò legatur in ablatiuo, & dicatur, notius natura. s. ex sui natura. nec est quòd quis obiiciat, omnes textus sic legere in datiuo, naturæ, sic quoque textus gręcus legit; hoc nihil est, quia

cum

cum græci careant ablatiuo casu, vtuntur loco illius, ipso datiuo: quo adnotato, videamus modo quæ sint huiusmodi notiora natura. s. ex sui natura. sunt plures modi dicendi; aliqui vocant id esse notius natura, quod maximè perfectum est, quodquè maximam habet entitatem, quod verò tantam non habet entitatem, nec tam est perfectũ, est nobis notius: quæ autem maximam habent entitatem, sunt vt substantiæ abstractæ, sunt enim maximè entia; & ideò se habent ad intellectũ nostrum, sicut oculus nicticoracis ad lumen solis, dicebat Aristot. 2. Diuinorum ad principium. quam expositionem confirmare possumus auctoritate Arist. primo Cęli. tex. 12. vbi prius natura id esse dixit, quod est perfectius, ideò dixit lineam circularem, ipsa recta priorem natura esse, idest, perfectiorẽ; Amplius, quia illud est notius natura, quod est maximè ab illa intentum, huiusmodi est id quod est perfectum, quare &c. Qui modus exponendi patitur instantias, & primò si id est notius natura, quod est perfectius, & quod maximam habet entitatem; tunc

cum ipsum compositum sit materia perfectius, maiorisquè existat entitatis quàm materia, & forma, saltē quàm materia; ergò cōpositum erit natura notius quàm materia, & forma, vel saltē ipsa materia. cuius oppositū dictū fuit ab Arist. asserente principia esse notiora natura, nobis verò ignota; & composita nobis notiora, & addidit, quòd diuidentibus his, fiunt nota elementa, & principia. Amplius sequitur indiuiduum esse natura notius ipsa specie, & species ipso genere; cum indiuiduum maiorem habeat entitatem ipsa specie, & species ipso genere: quòd est falsum, cùm genus sit notius natura specie, speciesquè ipso indiuiduo. Fundamenta huius positionis, & confirmationis pro hac positione adducta, nihil, vel parum cogunt: nam argumenta probant, quòd Aristo. aliquando per notius natura intellexit id, quod est perfectius, quodquè maximam habet entitatem; at quòd Aristot. hoc modo sumat hic notius natura, nempè pro perfectiori, argumenta hoc nō probant. Quare fuit alius exponendi modus, qui Auerroi fuit a-

scriptus,

ſcriptus, qui dixit per notius natura Arist. intelligere, id quod primò naturę occurrit, ideſt, agenti naturali; & quia cauſę ſunt quę primò occurrunt, vt exempli gratia, in generatione hominis, eius cauſæ agenti naturali primò ſe offerunt; ideò cauſæ erunt natura notiores. Qui modus non placet, quia data eius veritate, tunc materia eſſet notior natura ipſa forma, cum materia ipſi agenti naturali primò occurrat q̃ ipſa forma, cõſequens tamen hoc eſt falſum. Ideò eſt tertius modus exponẽdi ipſius Achilini, qui dixit, illud eſſe natura notius, à quo alia dependent pro ſui cognitione, & non è contra: quod verò ab alio dependet pro ſui cognitione, id eſt notius nobis; id ergò quòd per ſe cognoſcitur abſquè ope, & auxilio alterius, id eſt notius natura, quòd verò pro ſui cognitione eget ope alterius, id eſt nobis notius. rationem huius expoſitionis deſumpſit ab Ariſtot. 7. Metaph. tex. 4. vbi voluit Ariſtot. ſubſtantiam natura eſſe notiorem ipſis accidentibus; quia ſubſtãtia pro ſui cognitione, accidentibus nõ eget; at è contra accidentia egent pro ſui

cogni-

cognitione subſtãtia ipſa. etiam quia Ari. in Poſt prædicamẽtis Cap. de Priori, dixit id eſt natura prius, quod ſine aliis poteſt eſſe, & alia non ſine ipſo. Contra quem modum exponendi inſto, data illius veritate, non poterit aſsignare, an materia ſit notior ipſa forma, vel an forma ſit notior materia, nam ſi dixerit formam eſſe notiorem; contra, abſque materia non poteſt cognoſci, ergò &c. Si dixerit materiam fore notiorem natura; ſimiliter cõtra, quia abſque forma non poteſt cognoſci. nec ſua ratio aliquid cogit, concedam enim Ariſt. per notius natura quandoque intellexiſſe id, quod per ſe cognoſcitur, abſque alterius ope; at quòd in pręſenti hoc Ariſtó. intelligat; ſua ratio illud non probat. Quare eſt quartus, & vltimus exponendi modus, qui etiam magis videtur aprobandus; quòd illud ſit notius natura, quod eſt ſimplicius. & hunc exponendi modum ſum inſecutus exponendo textum, Inſita autem eſt nobis via à notioribus nobis; in quo textu ponebat viam doctrinæ, ſeu modum addiſcendi ipſa principia, qui erat à notioribus

nobis,

nobis, à confusis, quę nobis sunt notiora, ad ipsa principia, quę sunt notiora natura, idest, ex sui natura, cum sint maximè simplicia. At dicet ille, si principia respectu compositorum sunt notiora natura, quia illis sunt simpliciora; comparando ipsa modo principia adinuicem, vt materiam, & formam adinuicem; quæ horum erunt notiora natura, cum ambo sint simplicia? Dico quòd comparando ipsa principia ad inuicem, illud tunc erit notius natura, quod est perfectius; & quia forma est perfectior quàm materia, ideo erit notior, ex sui natura ipsa materia. Habito quę sint hęc notiora natura, est modo videndum, quæ sint notiora nobis. pro quo est notandum notiora nobis esse in duplici differẽtia; vel enim sunt notiora nobis, quo ad sensum, vel sunt notiora nobis, quo ad intellectũ; hęc diuisio satis est manifesta, tãtum enim sunt istæ duæ potentiæ in nobis cognoscentes, nempè potentia sensitiua, potentia intellectiua; notiora nobis quo ad sensum, sunt quę maximè sensui sunt propinqua, cuiusmodi sunt ipsa composita; ac ipsa singularia. no-

tiora nobis quo ad intellectum, sunt in duplici discrimine: nam vel sunt notiora nobis quo ad intellectum exercitatum, rectè què in scientiis dispositum; vel sunt nobis notiora quo ad intellectũ rudem, inexercitatumquè in scientiis; quę subdiuisio manifestè colligitur ab Aristot. circa finem. 8. Top. Notiora nobis quo ad intellectũ exercitatum, sunt ipsæ causæ, ipsa principia; quę tunc erunt nobis ignotiora quo ad intellectum non exercitatum, sed rudem, ac inexpertum. Quibus adnotatis, determinãdo quæsitum propositum, An eadem sint nobis, & natura nota; pono has tres conclusiones; prima sit, Notiora nobis quo ad sensum, & notiora natura, non sunt eadem; & sic propositio Aristot. habet veritatem. sit hæc secunda conclusio; Notiora nobis quo ad intellectum non exercitatum, & notiora natura, similiter dicendum est, hæc non esse eadẽ; sic quoquè verificatur Arist. propositio; veritas etiam vtriusquę conclusionis, ex declaratis satis est manifesta. Sit tertia, & vltima conclusio affirmatiua; Notiora nobis quo ad intellectum exercitatũ,

&

& notiora natura, ſunt eadem; quę concluſio etiam erit manifeſta, cũ notiora nobis quo ad intellectum exercitatum in ſcientiis, ſint ipſa principia, ipſæ cauſæ, quæ etiã ſunt notiora natura. i. ex ſui natura. Ex quibus tunc de facili ſoluuntur rationes in oppoſitum; nam ſi probabis notiora nobis; & notiora natura, eſſe eadem; concedam ad ſenſum tertię cõcluſionis; Si oppoſitum dicit Ariſto. in textu; loquitur ad ſenſum duarum primarum concluſionum; ſequitur ardua difficultas examinanda, de primo cognito, de qua in ſequenti lectione.

LECTIO. XXII.

VT ſeruem quod pollicitus ſum in heſterna lectione, ac quod in principio huius examinis propoſui; Aggredior queſtionem de primo cognito; cuius ſenſus eſt; ſi aliquid ſit præſentatum intellectui noſtro, ſub quo conceptu illud prius cognoſcatur, an ſub conceptu magis vniuerſali, vel ſub conceptu minus vniuerſali; In qua difficultate adeò varij, ac diſcordes

Quæſtio de primo cognito.

ſunt adinuicem expoſitores, vt omnibus ar duum fuerit veram Ariſt. ſententiam habe re; & cauſa ſunt ipſi propter eorum diſcordiam, vt potius vocetur quæſtio de primo incognito. Vt autem veritatem huius quęſiti habeamus, ſicut noſtri moris eſt, primò titulum quæſtionis aperiam, manifeſtando terminos poſitos in quæſtione; quibus dilucidatis, quid ſit aſſerendum diiudicabimus. Sciendum eſt primò, quòd in hac quęſtione de primo cognito ſemper præſupponitur natura aliqua cognoſcens; ideò hæc natura cognoſcens, vel erit ſenſitiua, vel intellectiua; quæ ſenſitiua adhuc eſt duplex, altera eſt ſenſitiua interior, altera ſenſitiua exterior: quę ſenſitiua exterior diuiditur in quinque, ꝓ vt ſunt quinque ſenſus exteriores. ſenſitiua interior, adhuc eſt duplex, alia quę cognoſcit in præſentia omnia, quæ à ſenſibus exterioribus cognoſcuntur; & hæc dicitur ſenſus cõmunis, qui excogitatus fuit ad hoc vt poneret differẽtiam inter ea, quæ apręhenduntur à ſenſibus ipſis exterioribus; alia eſt virtus ſenſitiua interior, quę cognoſcit & in pręſentia,

& in absentia; & hæc quomodocunque vocetur siuè phantasia, siuè cogitatiua, nihil refert. nunc non facio verba de tertio sensu interiori, qui dictus est, memoria, quia memoria nihil cognoscit: ideò propter hoc sensitiuam interiorem tantũ diuisi in duas partes dictas. Virtus intellectiua & ipsa quoque diuiditur, nam altera cognoscit se ipsam tãtum, & vocatur intellectus agens; altera est, quæ cognoscit seipsam, & quęcunque alia, & vocatur intellectus potentia, qui intellectus potentia, aut apprehendit per simplicẽ appręhẽsionem; vel appręhendit cum discursu; & si per simplicem appręhendit cognitionem, tunc subdiuiditur, quia aut illa simplex appręhensio est distincta, aut est confusa; erit distincta, cum intellectus cognoscet rem ipsam, quo ad eius essentiam: erit confusa, cum intellectus cognoscet rẽ ipsam in vniuersali; de intellectu cognoscente per discursum, non erit sermo, sed benè loquemur de quacunque alia virtute cognoscente; Sequitur secundus terminus explicandus, illud primum. Quęritur enim quid sit primum co-

gnitum. Primum, tripliciter dicitur, vel primum dicitur secundum perfectionem; & est illud, quod maximè perficit virtutem cognoscentē, & est primum ens, seu cognitio perfectissimi entis: vel est primum secūdum adęquationē; & est illud quod maximè correspōdet virtuti cognoscitiuę, ita quòd, non excedit virtutem cognoscentē, nec exceditur ab illa; sicut color est obiectum primum visus, quia nō excedit virtutem visiuam, nec ab illa exceditur sed illi proportionatur: vel quid dicitur primum secundum viam originis. de primò cognito per viam perfectionis, non erit disputatio nostra; quia patet quod tale primum cognitum, est substantia diuina, siue Deus nam perficit maximè virtutem cognoscentem. nec etiam erit sermo de primò cognito per viam adæquationis, quia de hoc disputare, spectat ad animasticū. sed disputatio nostra erit de primò cognito per viam originis; ita quod, cum aliquid proponitur virtuti cognoscenti, quod potest secūdum plures rationes appræhendi, tūc quæritur subqua ratione prius per viam originis ap-

prehendatur. Tertius, & vltimus terminus
declarãdus, est ipsum cognitũ. pro quo est
notandũ quòd Cognitum est multiplex; vel
enim est cognitũ à virtute sensitiua, vel co
gnitum à virtute intellectiua; cognitũ à vir
tute sensitiua, adhuc est duplex; vel est co-
gnitũ à virtute sensitiua interiori, vel exte
riori; cognitũ à virtute sensitiua interiori,
est illud omne, quod cognoscitur à virtute
exteriori. Cognitũ à virtute sensitiua exte
riori, est ipsum sensatũ, quod est diuisum
in quinquè, ꝑ vt sunt quinque sensus exte-
riores; quod cognitũ à sensibus quinque ex
terioribus, aut est cognitũ per se, aut est co-
gnitũ per accidens. Si erit cognitũ per se;
adhuc subdiuidetur, nã aut est cognitũ per
se, & primò, vt color à visu aut est cognitũ
ꝑ se, secundario; sicut sunt sensibilia cõmu-
nia, numerus, magnitudo, figura, motus,
quies. Cognitum per accidens, adhuc est
duplex, nam aliud dicitur cognitum per ac
cidens, quia tale cognitum spectat ad aliã
virtutem, sicut substãtia, dicetur cognosci
per accidens à sensu, quia per se ab intelle-
ctu est cognita; vel quid dicetur cognitum

per

per accidens à sensu quatenus tale cognitum ad nullum sensum per se attinet, vt relationes; Hæ omnes diuisiones sunt adnotandæ, quia maximè faciunt ad veritatem habendam in hoc quæsito, ac ferè omnes desumptæ sunt ab Aristo. 2. de Anima tex. 63. & .64. Sequitur declarare cognitum à virtute intellectiua, quod erit duplex, nã vel erit cognitum ab intellectu sub propria eius ratione, & natura cognoscente; vel erit cognitum ab intellectu nõ cognoscente sub ꝓpria eius natura, sed quatenus ipse intellectus sensui erit annexus, & tale cognitum; est ipsum singulare; cognitum ab intellectu sub propria natura cognoscẽte, est ipsum vniuersale; quod vniuersale cognitum, est duplex; alterum cõplexum, vt sunt principia, & conclusiones, de quo non erit disputatio pręsens; alterum incomplexum; quod vniuersale incomplexum est triplex; Ante multa, quod sic à Græcis dicitur, à Latinis vniuersale in causando, vt Deus; aliud est vniuersale à Gręcis dictum in multis, à Latinis vniuersale in prędicando, seu vniuersale primarum intentionum,

&

& hoc vniuersale, vel erit cognitum cognitione distincta, vel cognitione confusa; & tertium vniuersale à Grçcis vocatur vniuersale post multa, & est vniuersale dictum à Latinis pro secundis intentionibus; vt Genus, & Species. Ex quibus declaratis, colligitur tunc sensus quæstionis de primo cognito, qui erit talis; Quid sit primo cognitum, nempè, via originis ab intellectu cognoscente. s. ex propria eius natura, & cognitione simplici, & licet de hoc quærant tantum expositores: nos tamen declarabimus etiam, quod nam sit hoc primò cognitum via originis à virtute sensitiua; & hçc pro declaratione terminorum & pro titulo quæstionis, sint dicta. Vt veritas habeatur, more solito vtar, procedamquè per conclusiones, & hoc vobis non sit mirum, si ponam tot cõclusiones, vnica enim solutione ad quæsitum adeò multiplex, impossibile est respondere. Sit igitur hæc prima conclusio, quòd si loquamur de primo cognito via originis à virtute sensitiua exteriori, primum cognitum est eius proprium obiectum; qnod verò secundario ab ea ap-

prę-

prehenditur, est obiectum commune; tertio & vltimo quod apprehenditur est obiectum per accidens; do exemplum, vt si homo offeratur ipsi sensui visus; tunc primo sensus visus apprehendit colorem, cum sit eius obiectum proprium; secundario visus apprehendit magnitudinē, figuram hominis, quæ sunt sensibilia communia; vltimo apprehēdit substantiam, quę substantia nō nisi per accidens appræhēditur ab ipsis sensibus. Fundamentum huius conclusionis satis est in promptu, quęlibet enim virtus sensitiua ex sui natura propria semper primo fertur in obiectum proprium, postea in obiectum commune, vltimo feretur super obiectum per accidens; nam sensibile proprium est per se, & primo sensibile; sensibile cōmune licet per se sentiatur, secundario tamen, ergò &c. Sed dubitabit ille, & rectè; cum sensibile proprium primo via originis percipiatur à sensu exteriori, quęret subqua ratione apprehendatur, an sub ratione magis communi, vel sub ratione minus communi, seu propria; vt exempli gratia albedo, quę recipitur à visu, quæret

an albedo prius appræhendatur à visu, vt albedo, an vt color. Dicendum est quòd albedo prius appræhenditur à visu sub ratione minus vniuersalis, idest, vt albedo; secundariò verò sub ratione magis vniuersalis, idest, vt color; & hoc dictum intelligatur, quotiescunque obiectum, quod appræhenditur à sensu visus, fuerit in debita distantia; si verò ècontra sit, videlicet, in remota distantia, tunc prius appræhendetur sub ratione magis vniuersalis, nempè vt color, quàm sub ratione propria, quatenus albedo. Si verò sermo fuerit de primo cognito via originis à virtute sensitiua interiori, quæ dicitur sensus communis; pono hanc conclusionem, & dico, quòd eius primum cognitum via originis, est illud idem quod primo recipitur à sensu exteriori. ratio huius conclusionis est hęc, quia sensus cõmunis secundum Aristot. non potest quicquam appræhendere, nisi in præsentia, sicut & sensus exteriores. Si modo loquamur de primo cognito via originis à virtute sensitiua interiori, nempè à phantasia, seu cogitatiua. Dico, & erit tertia conclu-

ſio; quod primum cognitum ab ea, eſt illud quod ipſi eſt magis familiare, ſeu id, quod ſępius ei occurrit; & quia ſenſibilia cōmuunia ſibi ipſi ſępius offeruntur, & hæc ſenſibilia conmunia ipſa phantaſia, aut cogitatiua prius appræhendet, poſtea ipſa ſenſibilia propria; & hæc dicta ſint de primo cognito, à virtute ſenſitiua; Sequitur videre quodnam ſit primo cognitum via originis à virtute intellectiua.

LECTIO. XXIIII.

HAbemus ab Ariſtot. in .4. libro Phyſ. Thaletem appelaſſe tempus prudentiſſimum, ac ſapientiſſimum, rectequè, tãquam innueret ſapientiam nos ipſo tempore conſequi, omniaquè in tempore fieri prudentia; ita igitur & nos in præſenti dicemus: cum enim quæſtionem de primo cognito heri cęperimus ptractare, eamquè explere non potuerimus, in tempore eam perficiemus. In primis explicauimus ſenſum quæſtionis, declarando terminos in ea poſitos; poſuimus demũ tres conclu-

conclusiones,quibus declarauimus, quod nã esset primo cognitũ via originis à virtute sensitiua tam exteriori, quàm interiori; & tam à sensu cõmuni,quàm ab ipsa phantasia, siuè cogitatiua; quas cõclusiones nõ amplius repeto. Sed prosequor declarando quod sit hoc primò cognitum à virtute intellectiua; hanc enim quæstionem in pręsenti,& hodierna lectione intendo perficere; Dico ergò, quòd si sermo sit de primo cognito via originis à virtute intellectiua, & precipuè ab intellectu agẽte; dico quòd quæstio est nulla; quia cum intellectus agens tantum se ipsum intelligat, ad quid quærere, quod sit primò cognitum ab eo. Ideò loquamur de intellectu possibili, & videamus quod nam sit hoc primo cognitum via originis ab ipso intellectu possibili: dicendum est, esse ipsum vniuersale; sed dicet ille, quod nam vniuersale est hoc primò cognitum, an magis, vel minus vniuersale? Notandum est,quòd cum hoc vniuersale sit triplex vt in præcedenti lectione fuit declaratum, nempè aliud erat vniuersale in causando, aliud in prædicando, a-

liud erat vniuersale post multa, à Græcis sic dictum, à Latinis vniuersale secundarũ intentionum; ideò vnica responsione non poterimus respondere, ponendę ergò erũt tres conclusiones; opus semper est distinguere in quæsito multiplici, adhoc vt veritas habeatur; ideò non est mirandum si expositores adeò adinuicem sunt discordes; veritatemquè ipsam non sint assecuti: dico igitur, quòd si loquamur de vniuersali pro secundis intentionibus, seu de vniuersali post multa, sic à Græcis dicto; & inquiratur quod nam vniuersale sit primò cognitũ ab intellectu possibili, an genus, vel species; dico tũc, quòd vtrumque & genus, & species est ęqualiter cognitũ ab intellectu. ratio huius conclusionis est hæc; quia genus, & species sunt relatiua, vt dixit Porphyrius in cap. de specie; relatiua autẽ insimul cognoscũtur. Si autem fuerit sermo de vniuersali ante multa, seu in causando, & similiter quęratur quod nã sit hoc primò cognitum via originis ab ipso intellectu, an magis vniuersale, vel minus vniuersale? Dico quòd illud erit primò cognitum via originis

originis ab intellectu, id cuius accidentia prius via originis se offerunt ipsi intellectui; & quia accidentia materiæ primæ, quatenus prima est, & sic sub ratione magis vniuersali sumpta, prius intellectui se offerunt, prius quam ab ipso intellectu appræhendantur; ideò & illa sub ratione magis vniuersali sumpta erit primò via originis ab intellectu cognita; vt exempli gratia, materia hominis, quatenus prima; prius appræhenditur ab intellectu, quàm materia hominis, vt homo est, ac sub ratione minus communi sumpta: ratio est, quia accidentia materiæ hominis; vt prima, prius ab intellectu concipiuntur, nam accidentia materiæ primæ hominis, vt prima est, sunt generatio, corruptio, transmutatio, quæ sunt intellectui maximè manifesta, ideò & ipsa materia prima, quatenus prima est, erit primò cognita ab intellectu; At si sermo sit de vniuersali in multis, seu in prædicando, quod idem est; & inquiratur similiter quid sit primò cognitum via originis ab intellectu, an magis, vel minus vniuersale;

le; vt exempli gratia, homo, bos, quæ sunt vniuersalia in prædicando, oblata intellectui; an prius appræhendantur ab intellectu sub ratione magis vniuersalis, vt sub ratione qua animalia, vel substantiæ sunt: an sub ratione minus vniuersalis, vt hominis, & bouis. tunc dico quòd loquendo in cognitione distincta hæc vniuersalia in prædicando prius appræhenduntur ab intellectu sub ratione magis vniuersali; ita quòd magis vniuersale in prædicando, est prius cognitum ab intellectu cognitione distincta, & in hac conclusione omnes conspirant expositores, secus in confusa; Quæ conclusio probatur, primo auctoritate Aristo. qui. 6. Top. dixit, Omne quod definitur, definitur per genus, & per differẽtias; at species, vt homo, est quę diffinitur, ergo diffinietur per genus, vt per animal, ergo genus erit primo cognitum, quàm species, notitia distincta; cum definitio generet notitiam distinctam; Confirmatur, quia omne quòd conuenit magis vniuersali, conuenit etiam minus vniuersali, contento sub illo, vt in Ante prædicamen-

tis

tis docuit Aristot. in illa regula; Diuersorum generum,&c. In fine illius, dixit,quare quotcumque erunt differentiæ superioris,totidem erunt & ipsius inferioris; si sic, ergò magis vniuersale erit prius cognitũ notitia distinctá. hinc est quòd in omni scientia incipiendum est à magis vniuersalibus,& ꝓcedendũ est ad minus vniuersalia, & ideò. 1. Priorum dixit Aristo. Prius esse agendum de Syllogismo, quàm de demonstratiõe:quia Syllogismus demõstratione, erat vniuersalior.Similiter. 1 .Phy.tex.57. dicebat Aristot. prius esse exordiendum à generatione in communi, &c. Idem. 3. Phy.tex.2.dixit, quòd consideratio de propriis posterior est ea,quę de communibus; Idem dixit pluribus aliis in locis; Sed quis obiiciet contra hanc conclusionem, primò auctoritate Aristot.8. Metaph.tex.12. dicentis, Semper ad interrogationẽ cuiuslibet effectus esse assignandas causas proximas; sed causæ proximæ sunt minus communes, ergo minus commune erit prius cognitum ab intellectu. Amplius. 2. Post. cap. 15. Facilius est definire singulare.i.

minus

minus vniuersale, quàm magis vniuersale, & definitio est cognitio distincta; ergò in cognitione distincta minus vniuersale erit prius cognitum. Dico ad primum, ad interrogationem de quolibet effectu factam esse assignandam causam proximam; ergò causæ proximæ erunt primò cognitæ ab intellectu; negatur consequentia, immo totum oppositum stat, vt cõsideranti patet. Respondeo ad secundum, quòd Aristo. illud dictum protulit, supponẽdo quòd quis esset dubius, an magis vniuersale definiendum esset ęquiuocũ, tũc minus vniuersale est facilius cognitu, quo ad definitionem; ideò dixit ibi, quòd in magis vniuersali latent ęquiuocationes; quare quo ad conditionem dictam, nempè quòd quis esset dubius an in magis vniuersali sint ęquiuocationes, minus vniuersale erit facilius definire, erit prius cognitum; at simpliciter, & absolutè loquendo, magis vniuersale erit prius cognitum cognitione distincta. & hæc de vniuersali in prędicando in cognitione distincta loquendo sint determinata. Habeamus modo verba de eodem vniuer-

sali in prædicando, in cognitione confusa; & perpendamus an magis vniuersale, vel minus vniuersale sit primò cognitum ab intellectu. In hoc quæsito sunt maximæ diuersitates inter Philosophos; Thomistæ dicũt magis vniuersale esse primò cognitũ. Scotistę sustinent oppositum, nempè minus vniuersale esse primò cognitum. Ideò opus est veritatẽ perscrutari, quã vt habeamus, Notandum est quòd hoc magis vniuersale, & minus vniuersale comparatum intellectui in cognitione confusa, vel est substantiale, vel accidẽtale; Si fuerit substantiale, vel comparatur intellectui exercitato in scientiis, vel comparatur intellectui non exercitato, sed rudi; & si comparetur intellectui non exercitato, vel hoc magis & minus vniuersale substantiale producunt sui similitudinem in sensu ex eorum propria natura; vel non producunt sui similitudinem in sensu ex eorum natura. Si verò fuerit accidẽtale, tunc aut eius singularia ipsis sensibus subiiciuntur, aut eius singularia sensibus ipsis non subiiciuntur: & quomodocunque fuerit, siuè subiiciantur, siuè nõ;

tunc aut præsupponit doctrinam præceptoris, uel nō pręsupponit, pro vt enim sic diuersimodè consideratur, sic etiam diuersæ erunt ponendæ conclusiones; Ideò prima sit conclusio, quòd comparando magis vniuersale, & minus vniuersale substantiale ipsi intellectui exercitato; & in cognitione confusa, de qua nunc semper loquimur, & quęratur quod horum sit primò cogitum, via originis, de qua etiam primitate semper quæstio hęc præsens erat intelligenda; Tunc dico, quòd quæstio sic proposita est nulla, immo vana; & ratio est quia intellectus exercitatus potest intelligere quodcumque sibi placuerit, & magis vniuersale, & minus vniuersale; intellectus enim potest intelligere cum vult, dicebat Arist. 2. de Anima, & præcipuè intellectus exercitatus; Secunda conclusio in ordine erit; quòd si comparetur magis vuiuersale, & minus vniuersale substantiale ipsi intellectui non exercitato, & semper loquimur de cognitione confusa; tunc vel hoc magis vniuersale, & minus vniuersale substantiale producunt sui similitudinem in sen-

fu

su ex sui propria natura, vt videtur velle Auer. 2. de Anima commenta. 63. & si sic; Dicendum est tunc, quòd species specialissima, seu minus vniuersale, quod idem est, est primò cognitum via originis ab intellectu; & sic argumenta Scoti procedunt & sua positio erit vera; si vero non producunt sui similitudinem in sensu, ex propria ipsorum natura; sicut etiam magis est credendum; tunc vel præsupponunt doctrinam pręceptoris, & sic primò cognitũ via originis est magis vniuersale; & sic argumenta Thomistarũ, & eorũ opinio habebunt veritatem; indè est, quòd à magis vniuersalibus ad minus vniuersalia semper est procedendum in scientiis quas addiscimus ope, & auxilio præceptoris. si verò illud magis, & minus vniuersale non præsuponant doctrinam præceptoris, tunc minus vniuersale erit primò cognitum ab intellectu; cuius ratio est, quia minus vniuersale magis mouet sensum, & per cõsequens primò mouet intellectum, quàm magis vniuersale. Si modo fuerit sermo de magis vniuersali, similiter de minus vniuersali acci-

dentali, quorum singularia sensibus subiiciuntur; & comparentur intellectui similiter in cognitione confusa: qui intellectus habet percipere res ipsas mediante doctrina præceptoris, fit tunc hæc tertia conclusio principalis; quòd primò cognitum ab intellectu nostro est magis vniuersale. & sic etiam verificatur positio Thomistarum. si verò intellectus debet cognoscere illa sine doctrina præceptoris, minus vniuersale erit primò cognitum; & sic adhuc positio Scotistarum habebit veritatẽ. quæ conclusio etiam probatur; nam accipiatur puer, qui velit habere scientiam de coloribus, præsentetur ei aliquis color, vt exẽpli gratia, albedo, patet quòd prius appræhẽdet albedinẽ, vt albedo est, ac sub ratione ꝓpria, quàm vt color, & sub ratione vniuersali; ergò minus vniuersale erit primò cognitum ab intellectu. assumptum, nempè quòd puer prius appræhendat albedinem, vt albedo, quàm vt color; probatur per Arist. 3. de Anima dicentem, Oportet intelligentem phantasmata speculari. quo stante dicto, tunc sic arguo, sicut albedo sub ratione

tione propria, nempè vt albedo, prius mouet sensum, quàm sub ratione cõmuni, & vt color; sic etiam prius mouebit intellectũ; quare minus vniuersale erit ab intellectu primò cognitũ, quàm magis vniuersale. Confirmatur idem, nam si intellectus debet apprehendere magis vniuersale, ipsum semper apprehendet ex similitudine ipsius minus vniuersalis, quare cognitio ipsius magis vniuersalis præsupponet cognitionem ipsius minus vniuersalis, & per consequens, minus vniuersale erit primò cognitum; quæ etiam conclusio conprobatur argumento Scoti: omne agens naturale debite ipsi passo aproximatum, & non impeditum, semper producit perfectiorem effectum, quem possit producere; hęc maior propositio probatur, quia tale agens agit secundum vltimum sui posse; do minorem, at intellectus & obiectum rei sunt agentia naturalia debite què ipsi passo approximata, nec impedita; id cui applicantur, est conceptus rei magis vniuersalis, & conceptus rei minus vniuersalis, ergò producent effectum perfectiorem, quem possint

sint

ſint producere, at conceptus perfectior eſt cognitio minus vniuerſalis; quòd probatur, quia cognoſcere exempli gratia, albedinem vt albedo eſt, eſt perfectius quàm ipſam cognoſcere, vt color, ergò minus vniuerſale erit primò cognitũ ab intellectu; ſimiliter erit dicendum, de magis & minus vniuerſali, quod ſit accidens ſed inſenſibile, ita vt eius ſingularia ſenſibus non ſubiiciantur, quod ſi comparentur intellectui in cognitione confuſa, qui intellectus in cognoſcendo præſupponat doctrinam præceptoris; tunc primo cognitum per viam originis ab intellectu erit magis vniuerſale; ſi verò intellectus debeat cognoſcere ſinè doctrina pręceptoris; tũc minus vniuerſale eſt primo cognitum, eo quia relationes ipſius minus vniuerſalis ipſi intellectui ſunt familiariores; Ex quibus tunc ſoluuntur argumenta Scoti, quibus probat minus vniuerſale, ſeu ſpeciem ſpecialisſimam, eſſe ab intellectu primo cognitum; ſimiliter facilè erit reſpondere argumentis Thomiſtarum, quibus probant magis vniuerſale eſſe primo ab intellectu cognitum

tum

tum; facilè etiam erit vtramque positionem tueri, ac defendere; & sic sit finis huius quęstionis, ac totius huius proœmij, ad laudem Dei omnipotentis, ac Iesu Christi redemptoris nostri.

FINIS.

Errata sic corrigito.

Primus numerus paginam, vltimus paginæ versus demõstrat .a. priorem faciem, .b. posteriorem significat.

13. b. 2. ipsius; lege, ipsis
20. b. 15. nõ cõsiderari; non cõsiderãtur.
36. a. 13. considerationis; cõsiderationi
36. a. 21. à suo doctore; & à suo doctore.
38. a. 19. est .p. est primo
42. a. 7. quæ tiam; quæ etiam
42. b. 10. essetiam; essentiam;
62. b. 7. tantum. hęc dictio est superflua.
79. b. 11. lois. locis.
81. b. 11. qanto. quanto.
83. b. 19. opioni. opinioni.
92. a. 1. cõsequentia. cõsequentia.
97. a. 17. vtilitaem. vtilitatem.
107. b. 15. conctra. e contra.

Ingenuo, & candido Lectori. S.

Offendes fortasse, amice lector, & alios huiusmodi errores, qui imbecillem oculorum nostrorum aciem facilè fugere potuerunt; sed ita leues, vt nec verborum structuram difficilem, nec sententiam mancam, & mutilam reddant. & quia in accentibus collocandis, communem vsum: & in punctis, cômatibus, interpunctionibusquè disponendis nostrum hebes iudicium sumus secuti; rectè ne, an secus fecerimus, tibi iudicandum relinquimns. nos certè & vtilitati tuæ seruire, & rem gratam tibi facere etiã atquè etiam studuimus. Vale.

Impressum Perusiæ, cum licentia Reuerendiss. D. Donati Turr. Vic. Gen. Illustrissimi D. Fuluij Cornei, Episc. Perusini. & R. Fr. Vincentij Septij loco R. magistri Nicolaj commissarij. S. Inquisitionis.